Procedit Thomista communiter inquirunt, quod determinationis ideo non officere libertati, sed cum eâ planè coherere; quia nimirum liberi ponitur à primo libero volente non solum quod fiat actu voluntati creato, sed etiam quod liberè fiat: atque adeo faciente, quod actu ille sit liber libertate participatâ à libertate sui (nempe primi liberi), quo continet eminentè omnem aliam libertat. Imperium autem rationis, quod in Deo procederet primam intentionem, vivè volitionis liberam, utique non potest liberè poni à primo libero; hanc aliter enim actu intellectus elicitur liberè, nisi quatenus ex aliqua volitione liberâ ipsum antecedente ponitur; sed eisdem est, quod nulla volitio liberâ precedat imperium rationis antecedenti omnem volitionis liberam: ergo nequit illud imperium liberè poni à primo libero, ac per consequens nequè volitio ad ipsum subsequatur.

38

Nunc dicta confirmantur, et assertio nostra demum roboratur ex Divo

Thomā 1^o lo. quod. 17 art. 1^o. corp. quod ita concludit, primū --
 movens in virtute anima ad exercitiū actūs, est voluntas et sic --
 patet: est: cum ergo secundum movens non moveat nisi --
 in virtute primi moventis, sequitur, quod hoc ipsum, quod ratio --
 movet imperando, sit ei ex virtute voluntatis. Unde relin --
 quitur, quod imperare sit actus rationis presupposito actu vo --
 luntatis, in cuius virtute ratio movet per imperium ad exer --
 citiū actūs. In quibus verbis expresse docet, ab imperio rationis
 omnino presupponi volitionem liberam in cuius virtute mo --
 vet; sed imperium antecedens primam volitionem liberam pre --
 supponere nequit liberam aliam volitionem, et ex terminis ap --
 parer eisdem: ergo.

Ob hoc alij volitionem aliquam ex mutua
 causalitate quorunt, aientes, imperium illud presupponere vo --
 litionem ipsam, quæ imperat. Sed contra; quia cum hoc volitio
 presupponat imperium, ad ipsum presupponi nequit absque mu --
 tua causalitate in eodem genere causæ. Sequela Thomistæ igitur
 ingrata, manifeste patet; nam sicut imperium applicat, sicut
 movet voluntatem ut velit, ita volitio movet, et applicat in --
 tellectum ut imperet: ergo si volitio imperata presupponeretur
 ad imperium rationis ipsam imperanti, utique mutua volitio --
 nis, et imperij causalitas esset in eodem genere. Nec pro discrimi --
 ne sufficit, quod à quibusdam adducitur, nempe directionis, sive
 regulationis imperio convenire, non autem volitioni; quia regula --
 tio imperij iuxta Thomistam plerumque non est representativa,
 sed impulsiva duntaxat, seu motiva: ergo non est quare potius
 imperio, quam volitioni competat: maxime cum iuxta Dicum
 Thomam ubi supra laudatum, hoc ipsum quod ratio movet im --
perando, sit ei ex virtute voluntatis.

Respondent huc aliqui, mu --
 tuam istam causalitatem esse quidem in eodem genere, sub dicar

vi autem formalitatibus; quandoquidem illa volitio, quatenus
 est reflexa volitio sui ipsius, antecedit imperium rationi, idem
 que subsequitur quatenus est volitio directa objecti. Quoniam
 hæc responsio nihil omnino proficiunt ad veritatem; voluntas
 enim est equaliter indifferens ad profectam volitionem sub utraque
 formalitate; sed ob indifferentiam, quam ad illam habet sub
 conceptu volitionis directæ, requirit iuxta Thomam actum
 intellectum imperantem, seu determinantem: ergo propter
 indifferentiam, quam dicit ad eandem sub ratione volitionis re-
 flexæ, pariter indiget actu intellectus imperante, seu deter-
 minante formalitatem istam. Urgetur, et illustratur: volun-
 tas non est minus indifferens, quam est coca; sed, ut fiantur
 omnes, ob cecitatem eget illuminatione rationis ad omnem om-
 nino formalitatem actus cuiuslibet: similiter ergo propter in-
 differentiam requirit determinationem rationis ad omnem cui-
 usvis actus formalitatem. Certe si non est opus illi determinationi
 intellectuali ad aliquam formalitatem, æque necessaria monstrari-
 tur ad aliam, cum ratio videatur eadem in omnibus.

41

Nunc autem ultra superius allegata verba Divi Thomæ proponam
 alia, quæ manifestè convincunt hæcenus impugnatas ad ver-
 itatis solutiones, totamque doctrinam ipsorum in re ipsa Sancto
 Doctori contrariam esse. Cum igitur citata quæst. 17. 1a. 2a. art.
 5.º sibi objiceret: vi aliqui actus voluntatis imperantur, pari rati-
 one omnes imperantur: sed si omnes actus voluntatis imperan-
 tur, necesse est in infinitum procedere --- ergo. Respondet: ad hoc
 dicendum, quod cum imperium sit actus rationis, ille actus im-
 peratur, qui rationi subditur: primus autem voluntatis actus
 ex rationis ordinatione non est, sed ex instinctu naturæ, aut
 superioris causæ, ut supra dictum est; et Deo non oportet, quod
 in infinitum procedatur.

Infecto nihil adduci potest, quod clarius ad veritatem cum sententia Thomistarum, eam rejectis eorum solutionibus, quam hoc Angelici Doctoris proposito, primus voluntatis actus ex rationis ordinatione non est. Quorum enim ad evitandum processum in inferatuum hoc assentes, si posset imperium intellectuale participans libertatem ab ignomet actus, quem imperat, vel quia mutua causalitas esset in diverso genere causae, vel quia sub diversis formalitatibus exerceretur, ut inquirunt de verarij? Eximia vigilem et ineptam divinitam ad eo solutionem exquirexet, cum assentientia contrarij, difficultatem propius expedire posset mutua causalitas: dum ergo pro solutione tam procul à Thomisti abire, eis manifestè dixerunt.

Quapropter alij responderunt, imperium intellectuale prosequi ad omnes actus deliberatos; secus autem ad actus, qui solij liberi vint, non verò deliberati. Liber ergo, sed non deliberatus existimatur à Thomisti primus actus voluntatis, qui proinde secundum ipsos potest esse necessarius, certi peccaminosus esse nequeat: et ab actu libero non deliberato procedente rationis imperium, hoc utique posset haurire libertatem. Sed contra; quia non alia ratione iuxta contrarios, requiritur ad actus deliberatos imperium intellectuale, nisi quia voluntas ad illos actus est indifferens; et ab indifferente est indifferente nequit vixi determinatio, propterea que necesse fit, ut voluntas à ratione deexaminetur. Nam hoc ratio equè vim suam explicat in actibus liberi etiam indeliberati, cum ad non quoque voluntas sit indifferens, libertas enim oblique indifferentià requiritur: ergo vel non requiritur imperium rationis ad omnem actus deliberatos, vel est necessarium ad omnes actus liberi. Quod si primum divisionionis membrum admittant de verarij, solutionem suam plane deserunt; si verò secundum imitatio manent rationes nostras: ergo.

Adde quod etiam profata dis-

tinctio, seu libertas actus liberi ad deliberato concedi fortasse
 valet in voluntate creatæ; verum in Divina (de qua nunc
 agitur) locum invenire nequit; nullus enim actus liber Divina
 voluntatis, etiam si primus, potest indeliberatus esse, cum omnes
 et potè summo perfectionis deliberatissimi necessarii sint: quid
 non ex instinctu naturæ, vel impulsu causæ superioris oriuntur,
 et si primus actus voluntatis creatæ, qui secundum Deum Thomæ
 ubi supra laborat, ex rationis ordinatione non est, sed ex instinctu
naturæ, aut superioris causæ: ergo si prærequiritur imperium
 rationis ad omnem actum deliberatum, nullus actus Divina vo-
 luntatis liber erit; quandoquidem ad primus, quem reliqui sequi
 untur præsupponi non potest imperium.

45

Idem alij respondent ex
 Eminentissimo nostro De Larminio, imperium antecedens quod
 nullum actum voluntatis esse liberum voluntati, quatenus hoc li-
 berè sint, seu permittit ut moveat efficaciter ab imperio rationis.
 Contra vero; quia vel actus quò voluntas liberè permittit imperi-
 um, est ipse actus imperatus, vel est alius ab illo distinctus?
 Si primus alteratur in mutua causalitatem supra rejectam
 inciditur: quandoquidem actus liberè permittens imperium, hoc
 utique præcedit, idem aliunde subsequitur, cum ab eo deexamina-
 tur, aut imperetur. Si propterea secundum eligatur: ergo actus
 voluntatis, qui primus dicitur, non est primus, sed secundus, et potè
 superveniens post alium actum liberum, quò videlicet voluntas
 permittit imperium.

46

Et hinc iterum efficacissime refutatur
 opinio contrariorum: vel enim actus ille quò voluntas liberè per-
 mittit imperium, est imperatus à ratione, vel secus? Si secundus
 ergo iam admittunt aliquem actum esse liberum, qui tamen à ratione
 non imperetur, quod planè sufficit in nostro. Si vero primus
 admittunt, nempe quò memoratus actus, quò permittitur imp-

xiuum de eadem imperatus: ergo vel eundem est in inferioribus, vel
denique concedenda mutua causalitas impugnata, ut manifestè
probant rationes paulo superioribus expone.

Dicunt aliqui, voluntas
permittere imperium illud, non per actum aliquem positivum,
sed per puram omissionem obicis, aut impedimenti inconiungibilis
cum illo. Sed contra primo; quia plerumque certetur in
Deo regnare puram omissionem. Contra secundo; quia ut propra
ta omnia sit libera, debet in voluntate propponi facultas expe
ditæ, proximavè potestas ad exercitium positivum tali contextuali,
aut oppositè omissioni; sed omni proxima potestas ad positivum
exercitium voluntati constituitur iuxta Thomam per imperi
um rationis, uti quo regulatur omnis operatio libera: ergo prin
telligitur ad omissionem etiam imperium intellectuale: consequen
terque falso dicitur, quod voluntas per puram omissionem sinat
esse quod dicitur imperium.

Ceterum adhuc insistit Accusator Lucea Anto
nius Dearex, inquiring, actionis productivam actus imperati. Sed
lectionis esse duplicem, quarum altera procedat imperij, quia vo
luntas imperari se sinit; altera venio subequatur imperium ex
equis determinatione positiva. Sed contra; quia vel actio, que
broit imperium est pure physica respectu dilectionis, ad instar cale
factionis, illuminationis, aliarumque similium, vel similit est
actio intentionalis affectivè diligens, aut permitteus imperij?
In primo; vicus ergo calefactio est ultima formalis determinatio
tio, ad calorem, ad usum illuminationis, et sic de alijs; ita est actio,
illa ultima determinatio formalis ad amorem, seu dilectionem:
ergo prout inepte, quin et implicativè ponitur imperij rationi in
ter dictam actionem, et dilectionem. Quartum enim hoc imperij, aut
alia, quibus actio, et voluntas ad amorem determinatur, si eam
est ad amorem ultimo determinata vi prioris illius actionis, deo ut

Dicimus secundo, quod imperium intellectuale (pro ut actus
 mixti constituitur) inexorabile atque predecessoriam, nec propter
quidam, neque presupponi potest ad illum actum liberum, sive di-
 vine, sive creatæ voluntati. Auctoris videtur ipse rationibus,
 que physicam predecessoriam ex capite libertati impugnant.
 Tertium est obiecta alia doctrina contrariory refutatum certam
 minime omnino, breviter ita probatur: quod libertas cuius actus
 dicitur nec ad ipsum prorequiri, neque presupponi valet: sed
 imperium intellectuale Thomisticum funditum exeat libertas
 ejus: ergo nequit ad illum presupponi, vel prorequiri. Con-
 sequentia est recta, et major certa, probo minorem: si iudicium
 predecessorium efficax, et cum actu connexy se teneat ex parte
 actus primi, constituatque potentiam proximam ad actum, secun-
 dum huius utriusque libertatis omnino diluit, ut aperte patet in de-
 ta visione Dei respectu amoris beatifici; sed imperium Thomisti-
 cum est ejusmodi relatè ad actum actum: ergo proximi exeat
 libertatem illius.

Majorem huius ultimi syllogismi non inficiant
 tua adversarij, vim tamen ejus eludere nituntur, aientes, illam
 esse veram, quando connexio iudicij cum actu, quem regulat, ex mo-
 diti objecti naturæ, uti contingit in visione respectu amoris beatifi-
 ciz, secum vero dum ex antecedente libera predecessoria voluntati
 omittit, ut accidit imperio de quo nunc est controversia tota siquidem
 ejus connexio cy cum procedit ab electione libera mediony, utriusque
 dicitur imperium antecedente. Ratione huius distinctionis reddidit
 Magister Soliban, inquirens, voluntatem in actu cui subiectum
 ut eligenti subordinatam esse, consequenterque non exeat libertas
 tem ejus (sicut est), eo quod à voluntate procedat ex predecessoria
 electionis. Hoc ipsum ita rursus à positate confirmat: quia volun-
 tas in omnibus suis actibus est subordinata Deo, libertas actum ejus
 minime leditur ex eo quod à voluntate predecessoria per Deum

dicantur: Idem ergo de imperio dicendum est, cum pars ex ob-
 ique ratio; quod determinatio ipsa eadem et imperium unice requiruntur
 ad quodlibet actum iuxta naturam suam, et objecti merita,
 quod esse certe non habet necessitate principum actuum.

Contra

55

vero; quia manifeste deducitur ex hac responsione, quod etsi predeter-
 minatio se teneat ex parte actus primi, vel ad constituendum posse
 requireretur, nihilominus libertati non obstat: quod plane contrar-
 ium est doctrinae Thomisticae, subinde repetenti, Ideo libertas
 à predeterminatione non aufertur, quia nullatenus ad posse, sed tan-
 tum ad agere spectat: adeoque non ex parte actus primi, sed solum
 ex parte actus mediæ se tenet. Ratio vero videtur: Ideo quippe
 iuxta Thomistam predeterminatio predeterminationis electioni ad unum,
 tamen se tenet ex parte actus primi non exeat libertas ejus, quia
 voluntas sibi et eligenti subordinatur in ipso actu suo; atque vo-
 luntas in omni actu subordinatur Deo et predeterminanti: licet ex
 parte predeterminationis se teneat ex parte actus primi, non propterea de-
 trahat libertatem actus.

Primum immutata sic aliter adnotari potest

56

haec ratio: imperium, electione supposito, determinans ad unum, Ideo li-
 cet ex parte actus primi se teneat non officit ejus libertati secundum
 contrarios, quia solum determinat ad unum iuxta naturam suam, et
 ex meritis objecti, non solum necessitatis, sed indifferentia omnino
 supposito; at etiam predeterminatio Divina unice determinat ad
 actum ut eliciendum iuxta suam naturam, et ex meri-
 tis objecti, quod unum quidem indifferentem, et nullo modo neces-
 sitatis: ergo licet ex parte actus primi se teneat, nullatenus
 obstat libertati actus. Nihil ergo disparitatis est quod libertati
 exactionem, aut severitatem in ea imperium, et physicam predeter-
 minationem dummodo se teneant ex parte actus primi.

Sifracis

57

(224)

respondent ex ingenio Recensione nostro, ad huc eue dicimur
men in eo, quod necessitas orta ex imperio supponente prioriam
electionis consequitur liberam ipsius voluntatis determinationem,
veluti vero necessitas a praedeterminatione Divina procedens. Ex
eodem Authore facile refellitur: quoniam enim apud Thomam
necessitas praedeterminationis ex parte actus medij se tenentis non
quiritur liberam voluntati creato determinationem, quia vero con-
sequitur ad liberam determinationem voluntati Divina continentis
eminentem creatam, et simpliciter, et absolute necessitas consequens
ergo tamen necessitas praedeterminationis se tenentis ex parte actus
primi non consequatur ad liberam determinationem voluntati crea-
to, quia tamen requiritur determinationem liberam voluntati Divi-
na creatam eminentem continentem, hoc utique sufficit, et neces-
sitas illa ut simpliciter consequens: ergo disparitas et nulla.

58

Reversus aliter et urgentius exiguatur principalis adversariorum solutio: nam
ut ipsi fassentur, dictamen rationis irresistibiliter determinans ad actum
ex merito objecti, quod ostendit, necessario destruit libertatem actus, vel
imperium Thomisticum consequens electionem, et antecedens unum
est huiusmodi: ergo libertatem eius creabit. Major constat ex num.
54. Facta minorum: imperium iuxta contrarium non solum representat
medium, ut conducat ad finem propositum, sed etiam ut electio antea
dentur: ex hac enim electione procedit totam suam efficaciam acci-
pit imperium; sed electio procedens irresistibiliter determinat ad unum
objectum ergo proprium ab imperio ex merito sui determinat ad eumdem
irresistibiliter.

59

Cetera liquent, et minor de qua solus vel Thomista videtur
ora ambigere, mihi certa, quin et evidens apparet: illa siquidem
electio ut potest Divina, et essentialiter irresistibilis, ex merito sui
irresistibiliter determinat ad omne id, quod ad effectum suum obtinendum
requiritur, vel ad quodquid est simpliciter necessarium ut non frustratur.

ad evidentiam necessarium est ius, ne frustretur, vel ad hoc ut media
mandatorum executioni: ergo electio profeta ex meritis suis inordinabiliter
determinat ad usum: ergo &c.

Parox Anglicum Doctorem

60

1^a. 2^o quost. 17. art. 3^o. ad 1^{am}. ad istucere imperium rationis inter
electionem, et crum actuum. Quid autem recipi viderit Dicitur
Thomas abunde constat ex supra dictis a num. 38.: nusquam ex-
go reprehenditur athena, quod electio tempore ab eam distinguitur,
vel quod necessario mediet imperium inter utrumque: multoque
minus affirmare cum Thomae actum illius vni immediate
liberum esse. Profecto contrarium expresse ratio innuit, art. 5^o.
vicato quotionis ubi ad primum ait, animus quando perfecte impe-
rat sibi et vult, tunc iam vult, sed quod aliquando imperat, et non
vult, hoc contingit ex hoc, quod non perfecte imperat. Imperat
tunc autem imperium contingit ex hoc quod ratio ex diversis par-
tibus movetur ad imperandum, vel ad non imperandum: unde
fluctuat inter duo et non perfecte imperat. Ergo si perfecte et in-
ferium dicitur autem libertate actus imperari iuxta Dicitur
Thomam, qui non agnoscit indifferentiam ad ponendum, aut non
ponendum actum imperari, nisi quando rationis imperium est
imperfectum.

Rectio 5^a.

Materia precedentium duarum
sectionum abolitur.

Denique dicimus, quod imperium rationis median inter inten-
tionem finis, et medium electionis, saltem in Deo non est absolute
necessarium. Assertio iudicatur: non est enim absolute necessarium,
quod in Deo virtualiter vive ratione distinguatur intentio, et elec-
tio, quandoquidem actu prout indivisibile Deum poset inchoare
finem, et eligere media: ergo neque necessarium est, quod mediet
imperium inter intentionem, et electionem. Consequens est recta:

61

td

quod antecedens: distinctio intentionis ab electione tunc vicie necessaria est, quando pro signo libertatis intendenti finem glorie non est proportio mediorum cum fine, proindeque tunc opus est investigatione, consultatione, ac iudicio pro concipienda electione prudente.

62

Certe, quando finem intendenti nullo retardari valet impedimento, ne simul eligat media, quorum aptitudo ad finis assecutionem est ei *propinqua*, consequenterque paratam habet quid quid ad quidem eligendum omnino requisitum, non est quasi propter naturam eligere nequeat; quia vicie intendere potest rationem ac adinvicem quascunque requiruntur ad intendendum, ita potest eligere, dum habet quid quid ad eligendum exigitur. Profecto Divini intentionibus nullo modo supervenire valent obices illi, qui nos tunc frequentem a mediorum electione revolvunt. Unde quod dicta sunt num.

63

Unde rursus ita probatur assertio profata: pro prioris ad intentionem glorie, vel ante quamcumque intentionis finis, in Deo supponitur perfectissima comprehensio, claraque cognitio mediorum omnium, quibus homines ad gloriam pervenire valent, adeo ut nulla, nequidem levissima circumstantia non illi pateat aperitissime; sed ita consilii utilitati, et efficaci mediorum ad intentionem, seu potius intendibilem, et non dum intentioni finis assecutionem quidem ita eligere potest: ergo Deus eodem indivisibili actu potest intendere gloriam, et simul eligere media. Confirmari solet hic dictum eisdem rationibus, quibus a num. 17. motus videtur, cum actiorem non esse necessarium distinguendum ab electione mediorum.

64

Idem vero dicitur, vel obdivinitatem objectorum, vel obdiversum tendendi modum intentionis, et electionis ratione nostra distinguentia sunt in Deo; non tamen inde requiritur, quod inter se necessarius sit esse tenentur ordinem prioris, et posterioris: ac per consequens quod inter ipsa mediare debeat imperium intellectuale. Deus enim pro

eo suo simili, seu concomitantem, se determinare potest ad intentionem, et electionem, licet ab invicem distinctas. Vel ostendatur unde rem quâ ratione nequeat ita se gerere. Nam Deus in illo primo signo sufficientes habet libertates, tam ad eligendum, quam ad inveniendum, atque ad id non est quare potius electio differatur quam inventio: ergo nec est cui absolute resistatur imperio rationis mediant inter intentionem, et electionem.

Hæc illatio mani-

festè patet: ejusmodi siquidem imperium, ut potest determinari ad electionem illam antecedere debet; alioquin irrequiritur debet intentionem, cum ab eâ vim totam determinandi recipiat. Arguitur resistens et, et ex terminis ipsi impossibile, quod è duobus actibus omnino concomitantibus se habentibus alter sit prior, alius que posterior imperio: ergo in casu memorato, nempe electionis in eodem signo concomitantis intentionem, imperium rationis inter utrumque mediani et prorsus impossibile.

Quasi pro complemento tituli sectionis textus vult hic adungi contentiones alterius questionis examen, an scilicet casu quo efficax intentio finis antecederet electionem medianam, eandem quoque prorsus deberet imperium aliquod intellectuale? Affirmant plures, etiam eorum, qui nobiscum absolute rejiciunt imperium intellectuale Thomisticum. Plures alij negant variis innixi fundamentis, quo quantum interet nostri, breviter attingemus. Imprimis ergo pro sententiâ affirmatiâ sic arguitur: efficax intentio nequit intentionem antecedere, quin vi talis intentionis voluntas moveretur, atque determinaretur ad eligendum; atque voluntas ita mota, seu determinata non potest, quin aliquid imperium rationis proportionatur ad illam electionem: ergo pro casu questionis aliquid imperium intellectuale debet precedere electionem.

Major hujus

65

66

67

67

inlogismi apparet innegabili: relecta quippe nunc dicta motione, seu determinatione; influxu efficaci intentionis in electionem inexplicabili omnino manet; non enim aliter in electionem efficaciter influere posse videtur, nec illam alio titulo proire. Minor autem ita subdatur: ut voluntas determinetur ad eligendum ex vi intentionis efficaci, necessarius requiritur cognitio denuntiandi voluntati prohibitam intentionem, ejusque connexionem intimam cum electione alicujus mediij; sed huiusmodi cognitio est imperij intellectuale, cum ea ad electionem determinet, et alicunde rationaliter quam enunciando connexionem prioris actus voluntati eij ipsa, vere debentem ex intentione resultari et concipiatur electio: Ergo voluntas modo dicto moveri, seu determinari nequit ad eligendum absque previo rationis imperio.

68

Consequentia est recta, et minor omnino consona. Dico Thomam citata supra quot. 17. de 2o.; major autem subdatur multipliciam: primo; quia siquis intentionis habito prioris oblivisceretur, nihil certi de mediory electione curaret; e contra vero, qui per errorem arbitraretur, se aliquando finem intendente, quantum respectu reus evenisset, ad medium electionem utique procederet: ergo non aliter efficaci intentione determinet voluntatem ad eligendum, quam ut ab eadem praecognita, vel ut eidem intimata.

69

Secundo: quia quod reddit motum appetibile, id se constituit inesse appetibili ab intendente finem, hanc aliter, quam ut cognitum movet ad electionem; acqui praesistenti intentione constituit medium in ratione appetibili a se intendente: non aliter ergo nisi ut cognitum movet ad electionem. De certitudine majori fere dubitari nequit, quia non alio titulo bonitas finis, et utilitas mediij, ut praeparatis movent ad electionem, nisi quoniam ita constituitur medium inesse appetibili ab intendente finem. Quare minor ita subdatur: quantumcumque conducentia mediij respectu

finis non intenti, nequit esse sufficiens appetibilitas illius medi
ut talis: itaque licet ad proliandum anima conveniant, vides
que sint ad ita commodè faciendum curans, aut equus, at vero
relatè ad eos, quæ nec intendunt proliari, nec ita aggredi, sup-
erfluit omnino, sunt que veluti non essent: mediu[m] ergo
in natione appetibili ab intendente finem, valtem in adquirendè
constitutiva ex intentione probabitur.

Tertio; quia quatenus nunc
expensa ratio generatim accepta sit efficax in omni agente ra-
tionali, fortius autem erget in Deo; præcognita siquidem crea-
tura medij nullatenus illum obligare poterit, aut necessitare ad
eligendum, cum apud omnes, nulli creatura possit inesse vis
ejusmodi, nempe obligandi, seu necessitandi Deum ad suos ac-
tus quasi eliciendos: sola igitur intentio probabitur necessitas,
et obligat Deum ad electionem, quatenus namque Divina est in-
superabilis nequit non illum determinare ad quodquod omni-
no necessarium est ne frustretur. At qui resistit, voluntate
Divinam obligari, seu necessitari per id quod ignorat: ergo est im-
possibile quod necessitetur, vel obligetur ad electionem ex vi inten-
tionis, quin prius hanc ipsam cognoscat, ejusque motionem
et impulsum clero regulatur.

To

Subsumpta minor ex terminis
apparet evidens; quandoquidem absens est, et impossibile, quod
voluntas Divina moveatur ab aliquo, seu necessitetur extrinseco
modo, ad instar videlicet instrumenti, quod ab artifice mover-
tur, utique vitaliter et voluntarie debet ab illo necessitari, ac
moveri. Sed aliunde nihil potest movere voluntatem vitali-
ter, et voluntarie, quin ab eâ quo cognoscatur: ergo non aliter
intentio præconcepta movet ad eligendum, quam ut cognita: ergo &c.

Ti

Uam
vero pro negativâ sententiâ contra rationes nunc adductas oppo-

T2

(230)

natura primo: imperium rationis debet esse practicum; sed ejusmodi non est cognitio intentionis probabilis: ergo nec est imperium rationis de quo in presenti. Supposita majora probatur minor; quandoquidem illa cognitio non causat objectum suum videlicet intentionem: ergo. Secundo imperium rationis non tantum habet intimare aliquid esse faciendum, sed etiam obligare ut fiat; atqui cognitio intentionis preconcepta volium habet intimare ut fiat electio, cum ipsa nec intentio sit, qua sua efficaciam determinat, et obligat ad electionem exsequendum: ergo sola cognitio intentionis non habet rationem imperij, sed ut maxime complexa ex voluntate, cognitione nimirum, et intentione resultans.

73

Tertio: tamen

cognitio decreti mediatorum executorum Deo notificat executionem esse debitam, non tamen Deo consentit imperium rationis debeat uniri ad executionem: pariter ergo licet cognitio intentionis edicat Deo electionem esse debitam, non Deo exdat imperium rationis ad illam determinans. Quarto: cognitio procedens efficaciam intentionem finis debet proponere Deo, in sua esse potestate media, quibus efficaciter cum allegatur; alioquin vixdem inconsiderate statueret, intentionemque suam periculo frustrationis offerret; sed cognitio quo Deo representat efficaciam mediatorum, ad eorum electionem abunde dirigit, ad eandemque sufficienter determinat efficaciam supervenienti intentioni: ubi tunc ergo probabilis intentionis cognitio non requiritur ad influendum in electionem.

74

Ceterum

hoc est difficile videantur, et ad speciem implexa, facile volentibus. Ad primum ergo respondetur, intentionem efficacem consensu eorum taliter cu electione alicujus mediij, consequenterque cognoscere illa est preexistentem ignorare nequit obligationem eligendi. Quare licet prefata cognitio respectu partiali objecti sui, videlicet ipsius intentionis revera sit speculativa; tamen est practica relative ad alterum objectum

praxiale, nimis enim electionem: dicitur enim hanc esse debitam
 ei, seu ratione praxiæ intentioni, et ita dicitur dicitur
 determinat ad illam per modum imperij.

Ad secundum dicitur, 75
 minorem esse simpliciter falsam; quia profata cognitio, non
 tantum habet indicere existentiam intentioni, et radicem debi-
 tum eligendi cum ipsa identificari, sed habet praxiæ ex vi hanc
 intimam determinare proxime formaliter ad electionem, vel
 inducere debitum eligendi proximum, et formale: quod certe ra-
 ti est, ut subeat rationem imperij intellectuali, quoniam obicit,
 quod cum istam accipiat ab ipsa intentione praxiæ, ut
 ut inquit Angelicus Doctor eandem allegatam quæst. 11. 1a. 2a.
 art. 1. corp., hoc ipsum, quod ratio movet imperando fit ei ex vir-
 tute voluntatis.

Ad tertium: omnino, vel concessio antecedente 76
 negativa consequentia; quandoquidem cognitio decreti memorat
 ti praxiæ nihil intimat potentis exterioris executionis ut tali, cum
 hoc sic accepta, non sit formaliter perceptiva, seu cognoscitiva,
 nec altitudo voluntati notificat aliquid esse faciendum, aut
 eam ad novum aliquid decretum concipiendum determinat, ali-
 equi respectu infiniti processu decretorum: ergo notitia
 hoc est quæ speculative, ut fore quæ nullam potentiam determinat,
 vel movet ad executionem. Verum autem evenit in cogniti-
 one ~~incompleta~~ existentis intentioni; ut namque denun-
 ciet voluntati debitum ponendi nondum habitam electionem,
 praxiæ ac imperatiæ ~~determinat~~ movet, ac determinat illam
 ad eligendum: ergo discrimen inter utramque cognitionem
 est manifestum: quoniam itaque prima non sit practica, mini-
 me deductiva secundam quoque speculativam esse.

Ad quartum: 77

minor admissa majori distinguitur, concedendo cognitionem

efficacia mediour ad electionis ipsorum sufficientem dirigens, atque
 determinans simul cum intentione, ac ejus cognitione: recit
 vero si precise supponatur, aut sola deum in se, quia nihil
 movet voluntatem, maxime Divinam nisi vitaliter, et volun-
 tative; consequenter que nihil quod non sit percognitum, et quod
 tale, poterit eam determinare. Cognitio igitur antecedens inten-
 tionem Deo non progonit debere media causari absolute, sed tan-
 tum sub conditione, quod se determinet ad intentionem: proinde
 que sola non sufficit electioni regulando, sed provera requiritur
 cognitio intentionis probabit; siquidem hac adveniente Deum
 cognoscit se debere medium aliquod absolute velle, cum ad inten-
 tionem expleendam omnino necessarium sit.

Disputatio 7^a

De necessitate scientie conditionate
 contingentium effectuum ad Predesti-
 nationem: in quibusque Divinis
 actibus ita corruvit.

Non hic ex professo nobis agendum est de scientia media, cum
 omnes admittant, in eum Deo scientiam infallibilem effectuum
 contingentium abstractendo ab actuali existentia de facto futurorum
 simpliciter que cognoscendo quod quod sit causa libera via in talibus
 aum ordine, in talibus que circumstantiis constitutur, esse futu-
 rura, volumque dividant ab alijs alijs circa modum, vel medi-
 cognoscendi futura mentionata, que controversia patitur etiam de
 scientia absolute futurorum contingentium emanata, inter Phi-
 losophos, ab ipsis que controversie discutuntur.

sectio 1^a

Unum scientia conditionata generaliter,
 et absolute necessaria vit ad Predestinationem.

1. **Q**uestio supponit Deum habere scientiam hanc infallibilem
 (sane satis expressam in Divinis scripturis, frequenter avocam
 ad ill

à l'ancien Barabaz, qu'au même que rationibus innixam); quia ve-
 ro ob infirmitatem intelligendi vim quā pollet, plura cognoscit quā
 quae requirantur ad praedestinationem, idcirco nunc inquirimus, an
 ad hanc omnino necessaria sit profata scientia, vel ad eam itā
 comparetur, ut habeat aliquem ordinem per se cum ipsa. Aff-
 firmant ferē quot quot agnoscunt in Deo scientiam hanc in-
 fallibilem effectuum contingentium sub conditione futurorum,
 licet alias de modo, seu medio quo cognoscit eiusmodi futurae, diuer-
 sissime sentiant.

Veritas aeternitatis, quo clarius infra conuulsi-
 praesertim variis Authorum opinionibus super indole decreti pro-
 destinatio, nunc breuiter ita suadet: nemo cordate potest
 absolute suo voluntati decreto statuere, finem aliquem obtinere,
 quā antea certū sciat se potestatem habere, sibi eē suggerere me-
 dia, quibus finem illum assequi valeat; sed absque profata scien-
 tia nequit hoc infallibiliter cognoscere: ergo. Consequentia
 necesse deducitur, minor statim ostendetur, et maior extra du-
 bium apparet; quia nemo potest efficaciter intendere, nisi quod
 arbitraria esse sibi possibile, neque potest iudicare quidentem alio
 quem effectum sibi possibilem esse, nisi pronoscat (vel in se, vel
 in medio, quo potest adhibere) vim aut virtutem inducendi ta-
 lem effectum: ergo &c.

2

At contra necessitatem huius scientia-
 tis generationem obijci solet: illa quippe nec est praedestinatio, neque
 pars eius; aliunde nec est effectus, neque causa praedestinationi: ergo
 nullum ordinem per se habet cum illa, quandoquidem ista
 nunc memoratos videtur inexcogetibilibi alius modo per se. Major
 quoad utramque partem itā suadet; scientia contingentium
 sub conditione futurorum antecedit decretum Dei liberum, et
 abstractis ab actuali existentia realiter aliquando futura; sic au-
 tem accepta, seu conditionata sub scientia simplici intelligentia com-

3

prehenditur: ergo profata scientia nequit esse predestinatio, neque
pars ejus, cum illa necessario dicat actum Dei liberum, et quolibet
partem illius liberam debeat esse, vel supponere actum liberum.

4

hæc ipsa ratione constat minor quod primum ejus membrum;
omnis enim effectus supponit actum Dei liberum: ergo. Proterea
quolibet effectus inquit in tempore, vel est temporalis; dicta vero
scientia est eterna: ergo. Quod ultimam quoque partem pro-
batur illa minor eadem clamare: quia deest predestinati-
um, et potest Divino voluntati actus, et in Deo; nihil autem
quod inest Deo potest habere causam, alioquin posset aliquid in-
natum esse causatum, et increatum, quod manifestam implicat
contradictionem: ergo. Denique quidam hic deserviunt, quod
memorata scientia, ne divini causa, sed nequidem ratio de-
recti predestinatio: nam valem inde sequeretur, Deum deo
predestinare homines, quia promerit illos bene vniuersi auxi-
lii gratis, quod utique requiratur absurdum.

5

Plena hujus ar-
gumentis solutio supra posita explicari, quo nequa non sunt pro-
sentis instituti, quo tamen omnino proterere non licet. Sana
nunc indicabimus, deinceps alia datur, quo difficultatem peni-
tus erodabunt. Imprimis ergo fatemur, quod illa scientia nul-
latenus inuincere expectat ad predestinationem: atque adeo quod
nec sit ipsa, neque pars ejus; predestinatio siquidem est actus libera-
et recte dicitur in argumento, profata vero scientia necessaria
est ex parte Dei, suoque modo naturali. Dixi quantum est ex
parte Dei necessariam esse profatam scientiam; quantum enim
est ex parte objecti contingentiam aliquam habet, quatenus abso-
lute loquendo posset objectum ejus non esse futurum, et certe si futurum
non fuisset, nec esset in Deo ejusmodi scientia secundum peculiarem illi
respectum; at necessario inest ipsi, semel ac supponatur objecti veritati.

6

Itaque cum iuxta principia Scholæ nostræ scientia memo-
 rata nullum in Deo supponat decretum liberum, idcirco di-
 cimus illam ex parte Dei naturalern, et necessariam esse, ac
 per consequens ad prædestinationem intrinsecè non pertinere. Imò,
 quavis in Deo supponeret decretum aliquid liberum (vbi com-
 muni Thomistarum opinio, nihil falsa, tenet) non ideo ad præ-
 destinationem intrinsecè pertineret; quia cum ejusmodi decretum
 ex parte objecti sit conditionatum, et æquiva nihil ponat in esse,
 per se spectante nequit ad providentiam Divinam: ergo et qui-
 dem à fortiori, nec ad prædestinationem: ergo licet scientia con-
 ditionata fundameta in hoc decreto, non tamen ponet esse præ-
 destinationis, neque partem prædestinationis.

7

Et hinc iterum aperte
 deducitur, præscientiam illam nullo modo pertinere ad effectum,
 aut quæsi effectum prædestinationis, quandoquidem et eos antece-
 dat, et iuxta veram Scholæ nostræ doctrinam, libera non sit ex
 parte Dei. Solum ergo restat, quod hoc scientia conditionata sit
 quodammodo ratio, vel conditio prævia ad Prædestinationem, quæ
 nec est ipsa, neque pars ejus, nec aliunde causa, nec etiam effec-
 tus illius: et secundum dicta num. 1. nullus alius est titulus
 ordini per se cum prædestinatione, seu nihil aliud superest, quod
 talem ordinem habere valeat cum illâ.

8

Veniunt acriter in-
 surgunt aliqui Thomistæ contendentes hinc inferri, quod ex
 parte meritorum homini detur causa, seu ratio prædestinationis;
 non tamen advenientes, quod eodem argumento præmittantur
 ipsi, cum hanc etiam præscientiam admittant in decreto suo
 prædeterminante. Nam quavis dari permittatur auxilium
 prædeterminans, tale verò statui non potest, quod verum concep-
 tum, rationemque meritorum auferat, et fide certum est: ergo
 Deus antequam prædestinet hominem per auxilium ejusmodi,

proxiū cum esse meritum gloriā, si tale auxiliū illi
conferatur. Et nihilominus iuxta Thomā, non inde re-
quiritur, quod propter illa merita Deus hominem predestinet:
ergo neque colligitur ex nuper dictis; parum enim refert ad
Deū, et rectitudinem illationis, quod providentia memorata
fundetur, aut sit in causā, vel in ipsa veritate eventus futuri.

9

Ugitur
est scientia illa, prociā dicatur ad predestinationem; at verò non
antecedit ipsam tanquam conditio necessaria ex parte homi-
ni, vel tantū ex parte Dei: hoc est non requiritur, ut appli-
cet, seu proponat voluntati Divinæ rationem aliquam ex par-
te hominis, quæ veluti meritum ipsius inclinaret, atque mo-
veret Deum ad illum predestinandum; sed unice necessaria
est, ut objectū ejus Deo proponatur tanquam determinabile,
vel si magis etiā prædefinibile et infallibiliter futurū, ut quæ
ponit in mente Dei rationem habere mediè efficaci, et sub ea-
dem eligatur: vel etiā intendatur et finis proximus. Un-
de non inferatur, quod in illo objecto sit alia ratio movens præ-
ter finalē, quæ conceptui predestinationis nullo modo con-
trariū opponi.

10

Hic accuratè notandum est, quod etiā in di-
ficultate quodammodo simili monimus sup. 5.^a, et quæ dicta
sunt ibi præsertim à num. 8.^o, nō dicenda confirmant, et
illustrant. Ugitur animadvertere oportet, aliud esse, hanc sci-
entiam conditionatam esse simpliciter, et per se necessariam
ad effectū, qui prædestinatur secundum se consideratus: et aliud
valde diversum, illam esse necessariam ad predestinationem, quæ
per consequens ad effectū ipsos, ut ex predestinatione fiant. Et quæ
est hoc secundum auctorem, non inde requiritur quicquid, quod
absolutè factum existimo; predestinatis siquidem, rei præfinitæ
non est simpliciter necessaria ex parte effectus, ut hi aliquando

sunt: non enim profinitivum actu mali, qui tamen absque profinitione fit: pariter ergo sine profinitione fieri possent actus boni, quantum est ex parte sui, et solius effectivitate: ergo tamen a profinitiva dicta requiratur ad profinitivum, non tamen inde sequitur, ad effectum ipsum profinitivum secundum se spectatum requiri.

Utenim hoc ostenditur à ratione, quam etiam indicavimus loco supra allegato num. 86; ut enim effectus ille sit futurus, unde necessarium est, quod velit Deus instigare voluntatem creatam omnibus principij ad illum efficiendum requiriti, secundum exigentiam ipsi: et quod offerat ex parte sua concursum necessarium, scilicet eisdem ordini cum actu eliciendo: tandem quod velit operari creati arbitrium illud adjuvare partem, modo non retereus per ipsum; quandoquidem huius profinitivum, et recluso quocumque alio requiritur, effectus illum esse futurum libero cooperante arbitrio. Quod autem omnia sine eminenti possint haberi sine profinitione absoluta ipsius actus in se, vel secundum se considerati, nemodum dubitat.

Unde persequitur colligitur, quod eadem conspecta sub conditione sufficienti ut Deus proficere valeat, quod est voluntas creatura, si talis conditio poneretur: ergo ad profinitivum actus, quantum est ex parte sui, non requiritur illa profinitiva, quantum est ex parte Dei necessaria ut ad profinitivum, ut enim est in proposito nihil solitum, quin profinitivum. Quemadmodum igitur in homine profinitiva tanto perfectior est, tutiorque voluntati eius electio, quanto melior, et clarior illi fuerit cognitio efficacitatis meliorum: sic in Deo summa providentia, quæ profinitivum, aut eliguntur media, supponit cognitionem perfectissimam

future efficacitatis eorum, si de facto conferrentur, et in huiusmodi cognitione consistit illa scientia conditionata, de qua modo loquimur.

13

De cognitione cuius aucta claritate diximus casere perfectionem humano providenti, notandum est, quod iuxta diversitatem medicorum, que attingit varie dixeretur in ipsam excessus ille perfectionis, aut claritatis. Cognitionis siquidem efficacitatis medicorum naturaliter operantium omnia a scientia virtutis eorundem, ac providenti quo magis accreverit, aut inclamaverit huius notitia virtutis, eo pariter augetur, major meliorve reddetur illa cognitio efficacitatis medicorum. Ut vero dum ad media contingenti terminatur, incrementum perfectionis in profusa cognitione desumitur a majori prætorum experientia, vel a majori præsentendi, scilicet ex iam transactis eventibus augurandi futuri: vel denique nascitur ex alijs indicijs, que propter sua vixi quidem diligenter observare solent.

Sectio 2^a

Utrum scientia conditionata requiratur ad predestinationem antecedentem absolute

provisam merita?

14

Cum tum in modo loquendi, tum etiam opinandi, non parum inter se discordent deserventes decretum predestinationum absolute iam antecedens provisionem absolutam meritorij; sex tamen unanimiter affirmant, necessariam esse præscientiam conditionatam acutus liberorum, vires medicorum, per que gloria comparari potest, indubitantem que comparabitur, si talia auxilia ad actu illos eliciendo adhibeantur: et necesse quidem ejusmodi siquidem est voluntas ita predestinanti, ut quid quod absolute decrevit infallibiliter implendum sit, adeo ut requiratur essentialiter voluntatem illam frustrari; sed ad hoc omnino

necessarium est, quod scientia, quam prædestinanti habere
supponitur de efficacia medicorum ad finem obtinendum,
sit prædicta infallibilis: ergo.

Minor patet; quia voluntas ut potest
causa dicitur ab intellectu: ergo certissime noscitur utrum quid
illa recte statuit: sicut ergo decretum prædestinativum est in-
fastrabile, sic infallibilis est scientia quæ dirigitur. Profecto
nequit agens intellectuale generaliter loquendo confidendum
ab ipse illo periculo decernere finem aliquem absolute con-
cipi, quin prius exploratus habeat, finem illum esse compa-
rabilem, vel hoc, vel alio modo. Quod ad hoc certum, et indubi-
tatum est, ut etiam in rebus illis, quas Deus per se ipsum operatur,
non possit habere voluntatem absolutam eas efficiendi,
nisi sciret et antea sibi potestatis esse sufficientem ad eorum
dem executionem. Hoc autem scientia non distinguitur à
scientiâ conditionatâ, de quâ nunc agitur; quia præno-
scere media hoc esse talia, ut finis per ea possit extra dubium
haberi, nihil est aliud quam præcise, quod vi talia media præ-
beantur, finis per illa certo perituri obtinebitur. ¶

15

Ex his aper-
te concluditur, necessitatem scientiæ conditionatæ negari non
posse, saltem ab Aristoteli, qui docent, Deum ante præscien-
tiam absolutam omnium futurorum merito prædestinare
homines ad gloriam per absolute decretum præscriptum; quâ
sine præscitâ scientiâ Deus absolute decerneret non periculi-
tate antea negotio, consequenterque se committeret in duci-
men exarandi, cum de medicorum efficacia tunc aliter cer-
tu esse non posset, qui sane modus agendi longissime du-
tat, quin et abhorret ab infinitâ Dei peripientiâ: præter
de qua tanquam indecens ab ipso procul eliminandum est.

16

Ceterum

17

(24a)

inter averentes Deum ante absolute proposita merita predesti-
nare ad gloriam, absoluteque proferre singulos actus liberos,
quibus hoc est comparanda, non leve discrimen invenitur
circa modum, quo Deus movet voluntates hominum ad eli-
ciendos actus liberos, quos ipse proferit, ut homines illos exe-
querentur. Inprimis enim Thomista dicunt, id à Deo fieri
per qualitatem, sive motionem quandam, qua intus in eâ virtute
sua physice predecaminat voluntatem hominis ad actum:
ita ut illa ~~motio~~ qualitate, seu motione posita, sit prorsus
impossibile in sensu (ut inquirunt ipsi) composito, quod voluntas
humana non eliciat actum ad quem ita moveretur. Unde
plane deducitur, Deum antequam proferat motionem illam
tamquam predestinat, providere conditionatam hanc verita-
tem, si tali voluntati dederit talem motionem, eliciet actum
illum. Quare cum Deus faciat omnia media libera predesti-
nationis ab homine fieri, cum efficaciter movendo per mo-
tionem huiusmodi, sequitur, quod antequam proferat media,
sciat illa infallibiliter esse futura sub conditione proposita, nempe
si talem motionem per se efficacem homini conferat.

18

contra vero nostri Doctores, qui nunquam expensam efficaciam
medij erga actus liberos omnino rejiciunt, et potè nullatenus
necessarium, et aliunde libertati contrarium, efficaciam
auxilij providentis in vocatione congruâ conditionant: con-
sequenterque docent Deum providere tali vocationi (ex
suppositione, quod dicitur) efficaciter infallibiliter futuram,
et ita scientiam haberi conditionatam actus futuri per ta-
lem vocationem si proferatur. Dicunt proterea, scientiam istam
esse necessariam ad proferendum actus ejusmodi: proinde
que ad memoriam predestinationis modum antecedenti credi-
etur per modum singularis cujusdam proferentis absolute per

providae merita, omnino requiri. Verum hinc emergit alia
inter opiniones ipsas differentia quod modo illius scientia.

Revera

10

namque praedeterminationi Auctores minime statuunt sci-
entiam illam de aliquo effectu, aut alicujus effectu, ut hic
in se ipso contingenti, sed potius effectus ut contenti neces-
sario in aliqua causa, a qua si generetur, inevitabiliter
effluat, nimirum in auxilio proximo per se efficaci, seu phy-
sice praedeterminante; necessarium enim existimant, quod
illoposito sequatur actus, naturaliter ac requiritur terminus
actionis ad actionem semel positam. Solliciti, fatent, et in-
geniose laborant Thomae ad conciliandum cum hac doc-
trina veram libertatem, veramque contingentiam illius
effectus respectu sui causae proxime. An autem id agant, ut
intenty assequantur, non est hujus loci definire, nec exa-
minare.

Neque magis ad praecedens disputationem refert investi-
igare, num eadem praedeterminantis doctrina supposita
vati explicent, quomodo libere caveant actus, sine profata
motione proxime impossibili, seu repugnante, qui nec talem
accipiunt motionem, nec ullatenus illam habent in sua po-
testate? Nihil, inquam, refert, utri adversarij bene vel ma-
le percipere, vel implexè se expediant ab hac urgentissima dif-
ficultate ad alium utriusque tractatum attinente, licet huc etiam
aliquando, sed importune semper exagitate. Quod vero sem-
per spectat, Thomae rationem illius scientiae facile reddunt, aien-
ta illo suo principio supposito, quod sit scientia mente naturali,
et in virtute causa naturaliter agentis, ut cumque trahenti cau-
sam inferiorum, quam promoves.

20

Auctores vero nostri, à qui-
bus etiam exponitur decretum praedeterminationum per modo suppositam

21

singularis profinitionis, cum gloria cuiusvisque predestinationis, et
 quantitati eius in particulari, et non denique singulari actus libe-
 rorum, per quos gloria comparanda est: atque adeo per absolutam
 preparationis auxiliorum omnium, quibus efficiendi sunt tales actus
 a prima vocatione ad ultimam usque conuersionem doni perueve-
 rentio, censeant, scientiam illam conditionatam esse de effectibus
 contingentibus, et contingentes, et vere liberi sunt, adeoque posse
 non fieri tales effectus, certam positam omnibus causis, et conditio-
 nibus praequisitis et vint; nihilominus autem affirmant,
 Deum infinitam suam intelligendi virtute certo praevidere, quid
 futurus sit ab hac vel illa causa, si talibus auxilijs, aut conditio-
 nibus instructa ponatur.

22

Non difficeo, hinc aliquam laudari
 Doctoribus creati molestiam ad explicandum talem praevidentiam mo-
 dum à qua tamen ex infinitate Divini luminis infallibiliter
 omnia percipientis felicitate se subtrahunt: eandem quoque super-
 xano difficultatem eam ex veritate talem objecti in se spectati, quae
 ab exemplo praevidentis futurorum absolutorum, in qua labor idem,
 aut via inferior invenitur. Et hoc obice semel amoto, non in-
 congruè libertatis actus cum profinitione, ac predestinatione com-
 ponunt, relativumque praevidentis modum, inquirunt, esse maxime
 idoneum, et planè sufficientem ad indicatam profinitionem, et pre-
 destinationem habendam. De hoc autem sit modo quod fuerit: non
 tui quippe tantum interest ostendere (quod erit breviter abundè pro-
 tinnis) quomodo praevidentia conditionata supponenda sit ad
 memoratam predestinationem indum in utraque veritatem, ut
 licet Averrois predestinationis, eademque contrariis, af-
 firmantibus predestinationem antecedere visionem meritorum.

sectio 3^a

~~~~~  
 Utrum dicta praevidentia necessaria sit  
 ad Predestinationem, et secundum alias opi-

niones abstractam, et explicatam? <sup>(243)</sup>

Plures atque sapientissimi Theologi de Predestinatione tractantes, nullam in Deo predefinitionem actus liberi in particulari, seu cum omnibus circumstantiis ejus admittunt, imò nec aliterius alicujus effectus inminuere pendentis ab actibus liberi; unde consequenter asserunt non fieri predestinationem per modum singularis predefinitionis, aut per decretum absolutum dandi gloriam, quod provisa merita precedat. Nihilominus requirunt scientiam conditionatam, ut illa reverentia vera ratio predestinationis gratuita: non quod arbitrentur scientiam illam esse necessariam, ut Deus efficaciter eligat homines ad gloriam ante merita provisa, nec ut actus eorum liberos proficiat.

23

igitur, unice propositam scientiam exigunt, et (quod prorens attinet) necessariam esse censent, ut Deus ex certa scientia, meritaque voluntate dirigat homines per media omnino secunda, et efficacia in vitam eternam; quandoquidem ita locum habet electio voluntaria hominum ad talis ordinem gratia vocantis, et subsequentiis auxiliis, ut in eo constituti sint infallibiliter sanctificandi, et glorificandi: consequenter que decretis predestinatorum à Regibus debet ascribi, cujus proinde major ad illos, quam ad istos benevolens ratio declaratur, quantum aliunde nulli perpetuam decernat felicitatem, donec absolute prodeant merita. Denique per voluntariam itam electionem ad memoratum ordinem gratia vitari judicant absurda, quibus opinio sua passim oppugnatur.

24

Quod igitur in hac sententia necessaria sit ad predestinationem scientia illa conditionata, suadetur; quia si deceret, utique Deus non posset velle alicui conferre auxilium efficax et tale, vel ut obtenturum infallibiliter effectum.

25

(244)

Sequela patet: Deficiente siquidem illa scientia Deus nullus cognosceret auxilium ut efficax, donec per scientiam cuius in intrinseca efficientia est; atque scientia conditionis supponit de actibus dandi tale auxilium: ergo pro quibus ad hoc de actibus Deus nullus cognosceret auxilium ut efficax: ergo neque posset velle conferre illud quod tale, nihil enim voluit, quod non precognitum. Alia proterea, quo similitudinem evincunt, etiam ad predestinationem absolute previsa merita subsequentem, requiri scientiam conditionatam.

26

Eandem alij sic explicant predestinationem, ut affirmant illam fieri per efficacem quamdam intentionem, quam Deus ex se salvandos omnes elegit ad gloriam ante previsa merita. Simul atque infirmitatem, quod fiat per absolutam predestinationem actuum liberorum in particulari, quatenus hi futuri sunt media consequendi gloriam ad quam unusquisque fuit electus. Sentiant ergo gemini libertatem huiusmodi predestinatione, si fiat ista per auxilium predestinans voluntatem ad actus profinitus: et aliunde reclusa predestinatione, reputant impossibile, quod in Deo sit infallibilis predestinatione conditionata talium actuum in particulari, consequenterque repugnare predestinationem illorum, ut pote quo fieri nequit absque prefata scientia. In quibus plane fatentur de veram predestinationem omnino requiri scientiam hanc infallibilem, licet alij non recta destinent iterum.

27

Quum itaque quaeritur ab his Authoribus, quo pacto Deus provideat electis media consequendi gloriam infallibilitate? Respondent, non illis provide definite seu determinate medium hoc, aut illud in particulari, quo certo generis eam obtineant; sed per voluntatem antecedentem unum aliquid provide medium, cui si consentire velit electus eo salvetur. Unde si Deus provideat liberum

hominu arbitrii illi ansumere medio, iam prosicit voluntatem suam impletam iui: quod si vero noncat arbitrii ejus illi resistendum esse, tunc loco mediij praestiti subrogat aliud, tandemque nova parat auxilia probere, donec optaty avequitua effecty. Et hunc loquendi modum adhibuit ejus Patroni Divo Thomo quat. 6. de veritate art. 5.

Coterium,

vel in hac opinione (de cujus veritate dicemus illico) necessaria est ad praedestinationem scientia conditionata; quia nemo potest efficaciter infallibiliter intendere finem, quin sit certus de medijs, per quae finem illum indefectibiliter obtineat: ergo in signo quo Deus eligit praedestinaty, sicut quoque media esse in promptu, quibus illum valescere valeat: ergo per scientiam hanc pronoscit, quid si dederit ei talia media, justificabitur, perseverabit, ad vitamque perseveret eternam. Nec huic obest, quod iuxta scientiam istam dicta praescientia nequeat esse de infallibilitate alicujus mediij distincte, ac in particulari, sed solum in communi, et confuse: quatenus videlicet non ita prosicit Deus, si dederit Joanni hoc auxilium, elicies hunc acty; sed unice, si Joannem in ventu fuerit huic auxilij, aliquando tandem conversetur. Non, inquam, obstat; quia sicut in effecty necessariy est, ut electio illa perseveratua ad exitum, sic et necessarium in praescientia, quod voluntas Divina se deexaminate possit ad valem electionem.

Jam vero quod attinet ipsam

scientiam, utique videtur inadmissibili; Deo siquidem attribuit scientiam illam confusam, qua nempe noncat, se posse hoc vel alio auxilio perseverare voluntaty humanam ad finem, quem intendit: ignoret auty deexaminate per quod auxilium id sit adepturus, et similiter per quem actum nequa sit salvaturus hominem: quo sane, quam prosicit abint ab

infinita Dei persequatā nemo non intraretur. Praeterea, modus ille providendi velut explorando, periclitandoque varia media, ut si frustrata unum adhibeatur aliud, cui similiter iterum succedat alterum, imperfectissimus est, ut potè praesertim invidiosam cocitatem, et in agendo quandam imbecillitatem summo Deo prorsus indignas.

30

Hic adde, quod certitudo praescientia confuso, seu quo non innititur in cognitione distincta, instructione esse determinati effectus futuri, fere fundari nequit, ita ut praedefinitioni Divina sufficiat; hoc enim tantam exigit certitudinem, ut oppositum implicet contradictionem, quia contradictionem implicat quod non implicatur Divina voluntas aliquid absolute praedefiniens: ergo nequit non inniti praescientia, qua pariter deo certat, ut etiam oppositum insolbat contradictionem. Cum autem illa praescientia, qualis ab Authoribus hinc fingitur, non sit in ignota effectui, vel in veritate illius objective praesente, oportet esse totam in causa, videlicet in turba mediory, e quibus nullus est efficax per se, seu physice praedeterminam voluntatem, consequentia quae nulli repugnat effectui frustrari: ergo neque toti collectioni, quantum est ex in mediory, repugnans est, quod careat effectui: ergo scientia nitens in ejusmodi causa non sufficit ut Divina voluntas absolute praedefiniat aliquid, quod sit executiva praescientie per talia media.

31

Non itaque credi poterit, Deum Thomam fuisse locum in verum contrarium, quasi consensit ipse Deo ad executionem suae intentionis procedere more humano, autem instar homini, praestando videlicet unum aliquod medium ejus efficacie necius, animo tamen aliud agnoscendi, si non induxerit effectum. Quod namque rationalem executionem attinet, hoc saltem fide non potest affirmari; quia Deus per

(267)  
per conscientiam visionis ab oculo pronovit quoddam auxili-  
um futurum sic efficac, vel inefficax. Neque dici potest quod  
ad oculos dispositionem Divina providentis: talis enim pro-  
videndi modus, ut dicitur et num. 26. valde restrictus dimittitur  
tunc, atque defectuosus esse, ut potest supponere ignorantiam Deo  
repugnans, et indecoram: à quo proinde longe relegandus est.

Quar

32

propter existimo Vanitatem Doctorem loco citato tantum explicare  
voluisse, libertatem in medijs obtinendi finem componi prorege  
infalibili finis executione, quatenus nimirum talis esse valeat  
eius indifferentia, ut quavis unum effectum procreta, appo-  
netur aliud, et sic deinceps quovisque gen aliquid illorum fiet,  
modo operatur, consistendum. Nam ut ibidem ait, loquens de  
homine, quem ad gloriam infalibilitatem obtinendam Deum vidi-  
navit, tot adinventa ei preparat, ut vel non cadat, vel sicceci  
Deus resurgat. Ne vero nec tibi, nec alibi Divus Thomas asse-  
ruit Deum in signo, quo media in oculos sua providentia  
disposuit, ignorare, nimirum hoc vel illud futurum sic efficac, nec  
ine, vel vray lapsurus sit homo, tametsi tale medium illi con-  
feratur, sed unice dicit, ita se gerere Deum ad servandam  
libertatem, et ob alios sapientis sui fines occultos.

Ugitur etiam Deum

33

pronocat, electas esse causas, et nihilominus illud auxiliatum  
et lapsum permitit, simul enim proicit quoniam alio mo-  
do damnum reparari valeat, sit que de facto relaxandum. Deum  
ergo substituit unum auxilijs loco alterius: non quod ignora-  
verit prius inefficaciam, quam utique proderet, etiam ante  
deceam confederandi tale auxiliatum, seu prius quod deceamnet  
collatione illius: sed quia vauitati providentis sui sic expedit.  
Vt quippe veniat indifferentiam, et libertatem auxiliatum, et  
quandocumque tribuat predestinato medium inefficax, quoniam neci-

(248)

aut effectum inde veritatis; postea vero suo tempore, congruente nimirum, et oportuno prebet auxilium efficax, quod adeo certe producat effectum inventum, ac si esset causa necessaria. Hoc ad mentem Divi Thomae declarandam, ad probandam quoque, quantum presentis interest assumpti, necessitatem scientiis conditionata sufficiunt.

Sectio 4a.

Quæritur Prædestinatio sit actus intellectus, an voluntatis Dei, vel utriusque?

34

Statui quidem, imò disp. 1. num. 2. promisi tractare non perfunctione, sed accuratè questionem istam. Verum à proposito me distrahunt, et à dispositione soluti prestat necessitas obiter attingendi plura hinc atinentia, quæ sparsim, et prout occasio postulabat iam indicata manent. Sed adhuc nonnulla tenent, quæ libere valtem oportet, ut conveniens difficultati notis vobis exhibeatur. Inquirimus ergo Thomistæ communiter per Capreolum, Durandum, et paucos alios Theologos, affirmant Prædestinationem consistere in actu intellectus Divini, quia nimirum Divi Thomæ 2<sup>a</sup> part. quest. 23. art. 2<sup>o</sup> corp. dicit, quod prædestinatio est quidam ratio ordinis aliquorum in salutem eternam in mente Divina existens. At etiam sanctus Doctor inquit eodem quest. art. 5. corp. ac rursum art. 6. ad 3<sup>am</sup>. quod prædestinatio includat voluntatem. Utraque non adeo clarè faveat huius opinioni, ut indubitati ejus Assertionibus annumerari valeat.

35

Alium de veno probatur ex modo loquendi Scripturæ Sacre, cujus plura testimonia producant hinc Authores, quæ evidentior innuere Prædestinationem per solos actus intellectus; nam illud Apostoli ad Romanos 8. quos precepsit, et prædestinavit, cuius verbi significatio queri declarat, et exponit per aliud. Luculentius autem insinuat cap. 11. eisdem epistole, ubi Paulus ait, non repulit Deum plebem suam

quam, quam proci cavit: hoc est, secundy interpretationem Augustini de dono perseverantis cap. 18. prodestinavit; quam expositionem ipsa littera circumstantia videtur exposcere. Tandem, omnia alij Apostolus ad Ephesios cap. 1. dicit, prodestinati secundy propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium; sed consilium spectat ad intellectus: ergo.

36

Probatum etiam à ratione; providentia quippe iuxta Doctry est actus rationis, et prudentiæ; sed ut constat à vect. 3. Disputationis De. prodestinatio est providentia quoddam specialis: ergo. Exomisso nunc manifeste; nam præter auctoritatem Doctry, et rationes loco citato productas, cum ad providentiam, quam ad prodestinationem attinet ordinare per media conducentia vel in suos fines respectivos; atque rem unam ad aliam ordinare, vel in aliam, est actus rationis: ergo. Et quod prodestinationem in particulari spectat, videtur in sacris Litteris exprimi per prodestinationem; quandoquidem Hierony 13. de Sententibus, qui Antiochia Litteris Laulum Judæos increpantem, et de futura sui conversione loquentem audierunt, dicitur, quod glorificabant Verbum Domini: et crederent quodquod erant prodestinati ad vitam eternam.

Secunda verentia cy Doctore Venaphico, subtili, Arneolo, et pluribus alij constituit prodestinationem in actu voluntatis. Defensores hujus opinionis eam probant non solum ex scriptura sacra, sed etiam e nonnullis textibus protractam iam allegatis, in illis enim verbis ad Rom. 8. quos prociavit, et prodestinavit, aiunt, prodestinationem à prociencia clarissime distingui, tanquam voluntatis vice propositum ad quam subiectus: ibi siquidem ultra verba nunc adducta, prostant hoc alia, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Similiter alteri illud Apostoli testimonium ex cap. 1. Epistole ad Ephesios deumpny, videlicet prodestinati secundy propositum ejus, intelligunt de actu vo-

37

(285)

luntati; nam ibidem antea dixerat, elegit nos in ipso: quod autem electio significet actus voluntatis, est, inquit, extra dubium apud omnes.

38

Imo rationem ipsam pro Thomistarum opinione propositam retorquent in favorem hujus aientis: providentia spectat ad voluntatem; sed predestinatio Divina est providentia specialis: ergo pariter ad voluntatem attinet. Probant maiorem; quia providentia non tam dicit cognitionem, et notitiam, quam studium, sollicitudinem eorum, quibus est prospiciendum, seu providendum; sed huiusmodi cura, studium, aut sollicitudo pertinet ad voluntatem: ad eandem ergo spectat providentia. Proterea quatenus ad intellectum attineat habere notitiam ordinis mediocrum ad finem, nisi noscere propositionem eorum cum finis assecutione; ordinare tamen efficaciter ut media fiant propter finem, utique spectat ad voluntatem: quod autem providentia consistat in hac practica efficaci ordinatione videtur innegabile: ergo.

39

Alia tum scripturas, cum Latini effata, quibus hanc sententiam suadere nituntur ejus Latini, sciens, et volens omittam, exceptis duobus uno, vel alio, quo specialiter urgere convenit. Ut igitur ostendant predestinationem esse decretum Dei, consequentemque Divino voluntatis actui afferunt illud Cuthen cap. 13. non est qui possit suis resistere voluntati, si decreverit salvare Israel: quibus certe verbis intentum videtur evincere, quod vim enim excolletur Omnipotentia Divino voluntatis ad probandum infallibilitatem eventuum esse quod a Deo decretum, si non attinet decretum ad voluntatem ejus? Demum allegatur Augustinus, qui cap. 10. de Predestinatione Sanctorum agens distinguit predestinationem a prescientia, sic inquit: Predestinatio sine prescientia esse non potest; potest autem sine predestinatione esse prescientia. Ibidemque dicit, predestinationem esse gratia preparationis, quo sane preparatio spectat potius ad voluntatem, quam ad intellectum

rum, cu omne voluntarium agens (maximè quando non eget  
inquisitione mediocris, quia naturaliter ea prænoscit) per pro-  
positum et voluntatis suam sit proximè preparatus agere.

Cum vero

40

licet Authores utriusque sententiæ conveniant, illi nimirum  
aveniendo, quod prædeterminatio sit actus intellectus, et isti quod sit  
actus voluntatis; at magnopere dissentiunt in designando actus,  
qui sit formalitè prædeterminatio. Nam aliqui quorundam opinionis  
Latroni volunt eam esse actus scientiæ Divini, qui præcedit cogi-  
tationem: alij è contra esse actus imperij, qui voluntatem subiequi-  
tur, et quæ veluti principium proximum, quod Deus voluntatis  
suam exequitur. Alij dicunt esse iudicium quoddam prædictæ,  
quod Deus sententiam quasi definitivam pronunciet super  
secundam felicitatem beatitudinis: alij tandem esse scientiam Dei,  
non ut antecedens liberum eius decretum, sed ut aliquomodo secu-  
tam, et approbatam per illud.

Neque minor est discordia Defen-  
sorum secunda sententiæ. Quidam enim docent actus electionis ad  
gloriam esse prædeterminationem, quia per illum efficacem, et omnino  
antecedentem homo destinatur ad vitam eternam. Alij è con-  
tra rejiciunt hunc actum à constitutione prædeterminationis, quæ  
in tota præparatione mediocris consistere dicunt, quia valde  
providentia, cuius est pars prædeterminatio, unice versatur circa me-  
dia. Denique sunt alij non pauci, qui tenent prædeterminationem  
ex omnibus huius voluntatis actibus coalere, ita ut non intellex-  
to, seu recluso quovis eorum ipsa deficiat.

41

Tercia sententiæ mihi  
verosimilior affirmat convergere prædeterminationem ex actibus  
utriusque potentis, seu completi tam actum intellectus, quam  
voluntatis: ac proinde nonnunquam ab uno nominari, quando-  
que ab alio. Hæc opinio super indicatis amborum partibus fundat

42

menti inuititur: quamvis enim alia probent, quod ad prædeterminationem exigatur actus intellectus, et alia quod etiam requiratur actus voluntatis: neutra vero quod à conceptu prædeterminationis excludi debeat actus alterius potentie. Propterea iudicetur à ratione quâ innotuimus diq. 1. num. 3. providentiam includere tum actum intellectus, tum etiam voluntatis, et quam hic iterum expendere superfluum erit.

43

Non tamen est omnium, quod in presenti questione plura miscantur diuina mente vocalia, que confusionem aliquando patiunt, quam eorum ad alias disputationes maioris momenti transferunt. Et igitur inuicem aliquo prædeterminationis equivocationes, et quantis fieri valeat claritati consulatur, aduertere oportet, nequaquam interuenire prædeterminationis naturam intellectus, vel voluntatis, veridem describat utriusque: neque similiter illius esse pondus vltimum, quod uti potius quam altera actus intellectus, aut voluntatis nominetur prædeterminatio modo aliunde constet de sensu loquentis. Quare siquis peculiari suo sententia nimis addictus, vel etiam nimis aduocatus inuitat in illâ, nec nisi secundu illam dicere, per melleatur ad nutum eius, quando tamen hæc indulgentia non offendet veritati, seu causæ propriæ.

Disputatio 8.  
De subsecutione vel antecedenti  
Prædeterminationis ad meritum provisionis  
absolutam?

Quomodo indubitati naufragij, certissimo que submersio  
nis periculo vere offendet, qui quillo casione lembo cunctos Oce  
ani scopulos, vixit, atque sinus inuicem tentaret: ita sanè  
vobis exortus plusquam circumuigi ve offusum, et obsequium in  
gemeret, quiqui exiguo humano menti acerrime profunda

Divina Predestinationis arcana penetrare intueri, ac aperire vellet,  
 luce siquidem inaccessa creati celsant oculi, et a quo propius ad il-  
 lam accedentes immenso fulgore ferendo ingentes haeretantur, ob-  
 numantur, excocantur. Non ergo quo Deus in refectionibus  
 providentia sciri abita servare decrevit humano capiti, sed  
 quo summa dignatione permittit aliquomodo nobis innorescere  
 de ineffabili Predestinationis mysterio reserare conserdimus: ut  
 an decretum dandi gloriam hominibus, ipsorum absolute provia  
 merita procedat, vel sequatur? Quod licet arduum, et implica-  
 tissimum existimetur, non autem prorsus inextricabile. Qua-  
 re sit =

### Seccio 1<sup>a</sup>

#### Explicatio sensu questionis variis

#### super ea referuntur Authorum sententia.

Neque facilius, aut clarius exhiberi poterit genuina ratio diffi-  
 cultatis, quam ipsa diveritate testimoniorum, seu formularum,  
 sub quibus questio proponi, vel remaneri, evolvi solet; nam ad re-  
 vocandam ambiguitatem, quam ex variâ predestinationis ac-  
 ceptione vox ipsa subit, et subinde generat; sic à quibusdam in-  
 tituitur: Utrum primus actus, quem Deus habet erga predestina-  
 tos, sit absoluta voluntas illis conferendi gloriam? Et nonnulli  
 ita: Num voluntas Dei circa homines recipiã salvandos, pri-  
 us ratione versetur circa gloriam, quam circa media Divina gra-  
 tia? Ab alijs: An efficax decretum dandi gloriam electis antecedit  
 absolutam provisionem meritorum?

In his et similibus questionibus  
 instruendi modis (sicut voce distinctis, ne tamen eo sensu consenti-  
 entibus) non est verum de voluntate simplici complacencia, sed de  
 voluntate absoluta, et efficaci licet hoc aliquando non exprima-  
 tur. Quod namque procedere debeat aliqua voluntas, ferre non  
 est, qui neget; verum illa poterit esse, vel simplex affectus, vel co-

1

2

(254)

luntas conditionata, vel etiam voluntas illa senis, sincera, quin  
et efficax quantum et de se, quam certe Deus habet ad huc erga  
seipsum, et late probatur et disp. 2.<sup>a</sup> à ver. 1.<sup>a</sup> usque ad 4.<sup>am</sup>. Nihil  
ergo de affectibus huiusmodi nunc inquiritur; sed an Deus ha-  
beat ad eos, qui cum effectu salvantur decaety absolute illi con-  
ferendi vitam eternam, adeo efficax, ut eo semel concepto salvan-  
di sint infallibiliter, et quando nam, aut in quo signo intelligatur  
id habere?

3

Ex hinc proterea constat, quod esse passim audiatur ex-  
gitari, nunc prodestinatio vit amè, seu post absolute provisio meri-  
ta; nullatenus hic esse controversiam de prodestinatione comple-  
sumpta, vel quatenus iuxta descriptionem ejus traditam disp. 5.<sup>a</sup>,  
completiva conscientiam, et preparationem mediocris; sed quatenus  
quatenus est efficax electis ad gloriam, sive voluntas absolute dan-  
di felicitatem eternam. De hac igitur electione ad gloriam et coronam  
cota sit est, an Deus eam habeat ex se, independentem, aut non sit  
posita meritorum absolute provisione; vel an uti procedit electionis  
illam scientia necessaria, et etiam conditionata, sic eandem an-  
tecedat absolute provisio meritorum?

4

Quamvis ad venum questi-  
oni agendum huc usque dicta sufficere posse videantur; nihil  
ominus ad pleniorum ejus intelligentiam ultra sciendum, et  
adnotandum est, rationem prioris, et posterioris in decaety, et pro-  
cientiam Dei nostro intelligendi modo bipariam aditui. Primi  
per analogiam, et similitudinem quandam ad mentes humanas,  
quo de rebus consultationem habet, ac decessit, ut ordo, quem  
veniat in rebus, quando compositè procedit, etiam assignetur Deo.  
Secundo ex parte objectorum, quo Deus provincit, atque prodestinavit  
dicitur; nam cum non velit unam rem creatam propter aliam,  
vel quia vult alteram iuxta nominum illud Angelici Doctoris  
1.<sup>a</sup> part. quat. 19. art. 5. Corp. non propter hoc vult hoc; et enim

quia vult unam rem esse propter aliam, vel ut ibidem ait Di-  
v. Thomas vultur hoc esse propter hoc, Deo nostro concipiendi  
modo. vultur in ipsa praesentia, et praedefinitione Divina  
deus quem inter se servant objecta. Unde dicitur prius velle,  
prius que velle unum, quam aliud, vel quia unum est prius al-  
tero, vel quia de videntia, et voluntate Dei loquimur huma-  
no more.

De cetero quippe Deus ut ens illimitata perfectionis, deo  
que simplicissimum uno velut icu pertingit omnia; quod autem  
uti vultur ille peragit, nos ut infirmi cogimus explicare vo-  
cabus imbelli nostro captra accommodatis, non quod (inquit  
eleganter Eminentiissimus tam videntia, quam Domina  
Bianca Celestini Cardinalis Fondatus 1. part. Novi Pro-  
visionis divolati pag. 6.) in Divina natura nomen, et  
multitudinem perfectionum admittamus; sed quia quae in Deo  
unum sunt, ea ob eminentiam, et infinitatem suam pluribus  
innumerisque perfectionibus creatis aequivalent; et deo proinde  
quod effectus se habeant, ac si fluxa essent; sicque a nobis per  
nomen, et in plurali explicantur, quantum reipsa sint res  
simplicissima. Et ferè ratione quae dicimus, nimum aurey  
res florentes argenteo amplecti; non numero sed unicus sit, sed  
valore, et pretio. Actonii Cardinalis Laudatus, cuius aurea  
verba non minus perspicue, quam recte rem delectant.

5

Alia

multa promitti solent, quo meo iudicio, difficultati lucem enit-  
junt, non affundunt, quoque proinde dum opus erit, melius in-  
becum disquisitionis utingentur. Quare tam de quorundam propo-  
sitione recurrendo accedendo, super ea tres praecipue sunt veritates, et  
fondere rationes quibus innotescunt, cum nomine atque numero  
Doctoy uniusque subscribentiy. Prima tenet, Deum ex se,  
independentem, esse non vapposita provisione absoluta meritorij

6

efficaciter elegerit predestinator omnes ad gloriam tanquam conong,  
 et ex vi hujus electionis eadem decrevit. media gratis, quibus in  
 fallibilitate eam assequantur. Ita Thomae flexique, vel omnes,  
 et ut aiunt ipsi ex Divo Thomā 1.<sup>a</sup> par. quest. 23. presentiam aut.  
 4. et 6.<sup>o</sup> Scribit communiter ex Subtili suo Doctore in 1.<sup>o</sup> dist.  
 41. Concedunt etiam in hanc sententiam Cardinales Hosti  
 letus in caput. 8. Epist. ad Rom. annotatione 31. et Belarminus  
 lib. 2. de Gratia et Libero arbitrio cap. 15. 6

7

Eandem pro coeternis  
 egregie promoves Eximius Doctores lib. 2. de Predestinatione  
 Cap. 8. ubi plura Scripturas Latrumque testimonia profert ad  
 illam firmendam: rationes quoque pro eā stabilienda validas  
 adducit, quibus expendendis textus etiam Sacros, et effata Laty  
 entes erit opportunissime, nec non adeo nervosē, et fluximos ve  
 centiores nostris ingenio claros adeptu sit Avetlas: proter antiq  
 uos alios optime de re Literaria meritos, ut Grandium, Guic  
 um, Favaly, Fanninum, Arniagam, Esquerdum, Hexenam,  
 totque similes, et longa fere illorum recensio. Non tamen est  
 violentio prosequendus unus Latex Alphonus Valmeron, cuius no  
 minis pondus additur huius opinioni non exiguum, et potest quis  
 pe tanquam Theologi Pontificii interfuit Concilio Tridentino,  
 vana semper receptione Laty et Theologorum ibi convenien  
 tium: hic ergo sapientissimus Magister late probat electionem  
 provia merita.

8

Secunda sententia tantum ab ista differt, et par  
 cum illa convenit; duos enim Predestinatorum ordines distinguit  
 totum eximie sanctorum, quos ante provia merita predestina  
 tū ad gloriam eligi docet: et alium inferiorum sanctitati homi  
 num, qui post absolute provia merita destinantur ad gloriam.  
 Assertori huius inter valentes dissonantiam, eam inferunt ex  
 modo loquendi Scripturam, ex prerogativa, et dignitate, qu

quos aliquos, non tamen omnes aeternam vitam fructuros ornavit De-  
 us, ut apparet fortissimum in Deipara Virgine, Domini Exce-  
 vore, Sancti Agostoli &c. Ita Guillelmus Oram in Ly. dist.  
 4. Gabriel Biel ibidem quost. 2. art. 2. Catherinus lib. 1. de  
 Predestinatione cap. ultimo, et lib. 3. à principio. Nicolaus Stan-  
 beaus in 2. part. Divi Thomae disp. 4. ad quost. 23. art. 3. Mar-  
 namus tom. 1. Philosophia Vaca cap. 4. cum alijs bene mul-  
 tis,

Quibus quod in particulari spectat Beatissimam Virgi-  
 nem assentiuntur etiam Latea Leonarduus Lessius. Annberg  
 et ego libentissime, si crederem inde commendari Virgini ex-  
 cellentiam, et videretur huiusmodi, etsi non omnino  
 persuadeam. Ultra rationes iam indicatas ad statuendum dup-  
 licem hunc ordinem valvadorum, aiunt, id ab experientia  
 constare: Deus enim diversissime se gerit in perducendis homi-  
 nibus ad vitam aeternam, cum aliquos ita provenerit, ut ab ipso  
 lumine vite morali gratias illi elongatur abundantissimas, con-  
 tinuo que peccat impertiri, donec ultimam finem obtineant; ali-  
 os vero non ita, sed post fluxus, aut etiam innumeros in peccata  
 lapsus demum auxilia prebet, quibus efficaciter ad penitentiam,  
 et finalem perseverantiam adducantur.

Huius opinionis funda-  
 menta tum ab auctoritate, tum à ratione gravia reputantur  
 à multis, adeo non solum inter antiquos, sed et inter modernos  
 optime nota Theologos nacta est Latronos non paucos. Ita-  
 que doctus quidam recentior illam inmerito despicit, nec verè  
 dicit, pulsam è scholis exulare, cum torvapientes, et ingeniosi  
 Doctores eam aperte tradant, impugnetque defendant. Ceterum  
 hoc nihil interest nostri, qui nunc Auctorum placita referi-  
 mus dumtaxat non tuemur, non impugnamus: loco vero nec ornato  
 tenet, quod eis faveret, neque quod injustè nocet, imputandum esse censemus.

Tertia denique sententia tenet, efficacem Electionem  
 Predestinatorum ad gloriam et coronam esse posse absolute gratuita  
 merita. Ita Sanctus Bonaventura Cardinalis, et Ecclesie Do-  
 ctor in 4. dist. 40. art. 2. quod. 2. ad ultimum, et alibi non semel,  
 et ostendit Cauditus eius Commentator Gaudencius Bonem-  
 gi tom. 1. tract. 1. de Deo disp. 11. de Predestinatione quod. 7. Car-  
 dinalis Vadoletus in cap. 8. Epist. Pauli ad Rom. Cardinalis Con-  
 arenus in Opusc. de Predestinatione. Cardinalis Arxeolus lib.  
 1. dist. 40. art. 1. et dist. 41. art. 3. nec non laudatus antea Car-  
 dinalis Sphondratus in suo nunquam sati laudando Noto Pre-  
 destinationis absoluto. Sanctus Franciscus de Sales Episcopus  
 Genesvensis lib. 1. de Amore Dei. Ludovicus Abelly, Doctor  
 Parisiensis, et Episcopus Duchonensis in Medulla Theologica  
 part. 1. tract. 2. cap. 5. vect. 3. Alensis, Henricus, Diaconus,  
 Guandus Saper, Thomas Major, Albertus Phisius, Joannes  
 Cilius, et alij quamplurimum ostendi cum omni erit designati  
 etiam Operis loci in Noto Defensorum huius opinionis ad caltem  
 citati Nodi Predestinationis adiecerunt.

Assentientia etiam ex Ho-  
 tianus Accursus Doctor tom. 1. in 1am partem disp. 83. per totam. Lu-  
 gonius de Valentia Theologus protestantissimus disp. 1. quod. 2.  
 de Predestinatione punt. 4. Leonardus Lenius Opusc. de Pre-  
 destinatione, et Regeneratione vect. 1. Becanus, Amicus, Fran-  
 ciscus, et Lucius Franxianus, Mercurius, Clavellius, Martino-  
 nius, Brevenus, Marconius, Reverendus D. Phisius Doctor Val-  
 mantinus, et Societatis nostrae Gregorius Generalis tom. 2. Vele-  
 tarum disp. 8. vect. 11. ubi Divinum Augustinum allegat pro hac  
 sententia, quod pariter alij protestantes maxime Dices Craqueus  
 et Valencia; non tamen illi soli, neque soli Servius, et alij in hoc  
 utriusque decesserunt) nobili Recentior Salmoninus, et opinionis contra-  
 riorum pugnatorem acerrimus: nam Phisius Samachous Doctor

Corbonicus, et Vetus Sacrae Theologiae Professor in Sam. paratem  
Divi Thomae quae. 23. de Predestinatione cap. 6. conclusionem  
2<sup>a</sup> probat ex profecto verentiam hanc ex mente Doctoris An-  
geli, nec non Sanctorum Ambrosij Hieronymi, Augustini, et  
Crisostomi.

Imo doctissimus Augustinianus Sicut de Comitibus in  
tractatu de Predestinatione disp. 3. art. 2<sup>o</sup>. tenet Electionem ad  
gloriam fieri ex provisione meritorum: et art. 4<sup>o</sup>. statuit hanc as-  
sertionem, Electio post provisionem meritorum nullo modo  
contrariatur Sancto Patri Augustino, imò est permanens eius doc-  
trina, et postquam ad conclusionem probandam fluxa Sancti  
Doctoris testimonia produxerat, illico subdit: paratem afferre  
vercentia alia loca, ex quibus clare deducitur permanens doc-  
trinam Sancti Augustini nunquam fuisse, quod Predestina-  
tio ad gloriam sit ante provisionem meritorum. Et quamquam breviter  
ego fluxa alio proteream eadem intentos assumpto,  
non tamen est omittendum insigne per Scotistarum, qui ab-  
solutam suam Predestinationem in hoc puncto problematicum existi-  
mant, non solum huic adhaerent opinioni, sed eam de men-  
te Divi Augustini fuisse probant: nempe Philippi Tribes in  
Lum. vent. dist. 11. quae. 1<sup>a</sup>. disp. 58. de Predestinatione, et  
Joannes Lonceus disp. 7. Cursu Theologici quae. 3<sup>a</sup>.

13

Assatum ex

dictis apparet, quantum quolibet horum verentiarum auctoritate  
poleat, atque adeo quam immerito tectis innoxatis censuris hoc  
ultima, convitijque proscindatur a quibusdam primo senten-  
tis Defensionibus, contemptu Pontificiarum Constitutionum,  
neglectis Christiana Charitate, et Vinorum tum doctrinam, tum  
pictate clarissimam injuriat. Ne quod astinet, quoniam, et re-  
tundam ex his opinionibus optime fundatam alitumo; tectis  
vero vultuato.

14

Censeo quippè cum dulcissimo Doctore mystico Theologo Veneto Adriano Valerio, qui (in Litteris ad Laurentium Leonardum Lesium datis Annis Lebennensium 27. Augusti anno 1618, quarum Autographum in Collegio nostro Antuenpiensi veneratur) in Argenteâ Thecâ inquit: *verentia illa antiquitate, maturitate, scripturarum naturâ auctoritate nobilissima de Libertine ratione ad gloriam post provisa opera, vanè mihi gratissima fuit, qui nimirum cum semper ut Dei misericordie, ac gratis magis consentaneam, cretionem, ac amabilem existimavi, quod etiam tantipè in Libello de Amore Dei indicavi. Oportet ergo monitare, verentiam hanc esse conformem scripturæ, Divini Celsæ via Latibus, atque rationi: quod ut agerenti fiat, commodiori que methodo reparatim est præterendum.*

SECTIO 2<sup>a</sup>.

Ex Sacra Scripturâ probatur  
efficacem electionem ad gloriam  
esse post absolute provisa merita.

Non omnia, quæ volens affexi Sacra testimonia probant, sed ea dumtaxat, quæ clarius, et efficacius evincere videntur intentum, valeret verentiam istam Divinæ Scripturæ consentaneam esse. Sic itaque primo dicunt illud Christi Domini cap. 10. Matthæi, *redere -- ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à Patre meo.* Quo manifestè significatur verionem in Regno Dei, non favore, sed merito paratam esse. Sic enim hunc locum interpretantur Sanctus Epiphanius horum 60. Sanctus Cyrillus lib. 10. Theodori cap. 6. Sanctus Hieronymus lib. contra Iovinianum inquit, propterea Salvatorem ita respondisse, et novit omniquique mansionem vobis in Cælo non ex illa Christi largitate, sed etiam ex progniti operibus esse preparandam.

Eodem sensu vultur, et explicatur à Chrysostomo; nam homil. 6. in illa verba, sed quibus paratus est à Patre meo, sic ait: non est meum id dare, sed quibus labore, atque vultore preparatus est: ergo propter laborem, et vultorem, atque adeo propter merita preparatus est Regnum Caelorum; et eandem vultur profinitionem, quandoquidem de preparatione, non de actu, vel exercitiâ gloriæ collatione dixerit: ergo efficax electio ad gloriam est post absolute prævia merita.

17

Sic secundo aliud etiam effatur Chrysi Domini cap. 25. ejusdem Evangelij, nempe, venite benedicti Patris mei, possidere paratum vobis Regnum à constitutione mundi. Ubi Salvator notica invitatur Iustos ad possessionem Regni Caeli, preparati quidem ipsi ab æterno, nam illa phrase scilicet à Constitutione Mundi, designatur etiam æternitas. Cuius autem Regnum æternum accipere debeant, mox declarat adiungens: emissi enim, et non deditis mihi manducare. vitium, et deditis mihi bibere. Regni erant, et collegitis me. Adus et operibus m. 26. In quibus verbis, non solum exhibet rationem ob quam adpetunt sint Regnum, sed etiam quatenus illud preparatus habituri sint, quod et causam quoque preparationis indicat; quia si non ob merita quæ generantur illis operibus misericordia significantur, sed alia ratione, aliove titulo preparatum esset, inanis profecto foret assignata causa: ergo preparatio Regni de qua Christus ibi loquitur, est ex præviis meritis. Hoc autem prævia preparatio Regni Caeli est efficax electio ad gloriam, quæ proinde non est ante, sed post absolute prævia merita: ergo.

18

Explicatur, et vultur paritate Regnorum, quibus ibidem Christus ait: Dixit a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, et Angelis ejus: emissi enim, et non deditis mihi manducare: vitium,

19

et non debuit mihi parum illi; sed ignis sternam non est paratu Di-  
 abolo, et Angelis eius nisi post eorum absolute gratia demerita: er-  
 go neque Sanctis paratum est Regnum Caelo nisi post merita quo-  
 rum absolute provisa. Latet illatio; quia quem admodum exhibe-  
 betur ut ratio vocandi Iustos ad Regnum Caelorum, quod opera  
 misericordie perfecimus: ita quo ratione reprobos ab eodem exclu-  
 deri redditum, quod non execuerunt opera memorata: ergo vi-  
 detur in providentia Divina omissiones horum operum antecedunt  
 decretum efficax, et absolutum improbos addicendi flammis per-  
 petuis: sic etiam in provisione Dei preceperunt opera misericor-  
 dia decretum efficax, et absolutum conferendi Sanctis coronam glo-  
 rio.

20

Certè in verbis Christi Domini nunc transscriptis glorie  
 contraponitur Electi Reprobis, bona opera mali, et proximum  
 panno: nec aliter hoc infligi, quam illud evogari dicitur. Unde  
 ratio facta nullum exigit, et nimis preoccupatur communis de-  
 venationum soluta: absoluta provisa demeritorum antecedit non  
 involuntariam inflictionem supplicij, sed etiam intentionem  
 et efficax decretum illud evogandi: pariter ergo provisa absoluta  
 meritorum antecedit debet non tantum externam promij collatio-  
 nem, sed efficax quoque decretum id impetrandi. Includitur,  
 inquam, hac ratione recurrit ad decretum intentivum, et execu-  
 tivum, affirmari illud antecedere, licet hoc provisa merita sequa-  
 tur; quæ Deus eodem ordine causalitatis confert Electi gratia  
 Celi, quo deputat Reprobos ad cruciatu Inferni; sed ne dum Repro-  
 bis non incuit, sed nec intendit infligere panno sternam ante  
 provisionem absolutam peccatorum: ergo neque parat, nec effar-  
 citè intendit largire vitam sternam Electi ante merita absolute  
 provisa.

21

Ratio hæc innixa comparationi Reproborum cum Electi  
 quo et à Christo Domino instructo, supponit communem etiam

inter Thomam opinionem de Reprobatione non antecedente  
 re, sed subsequente provisionem absolutam de merito; quæ  
 licet illi quædam asserant, quod Reprobatio negativa, scilicet ex-  
 clusio à gloria tanquam ab indebito beneficio procedat absolu-  
 te provisione demerita; necnon autem Reprobatio positiva, seu de-  
 stinatio ad penam eternam venit, et damni, de qua pro-  
 inde mentionem expressè fecimus in argumento. Dico non  
 omnino deesse, qui positivam quoque Reprobationem antecede-  
 dicant provisione demerita. Sed paucissimi sunt, et multo plu-  
 res infirmiter distinctionem inter decretum intentionis,  
 et executivum, cui superstruitur impugnata Contrarij  
 voluntas.

Sit tertio, quod ait Apostolus ad Rom. 8., quos præci-  
 vit, et prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Unde  
 vix argumentor: prædestinatio (proptè huc intelligitur etiam ab  
 adveniens) absolute significat efficacem intentionem dandi  
 gloriam (quæ quæ nunc sit, an potestea requiratur decretum  
 aliud illius executivum); sed hoc prædestinatio iuxta Divinum  
 Paulum supponit absolutam provisionem meritorum: ergo effi-  
 cax intentio, vixè decretum intentionis efficaciter, et absolute  
 conferendi gloriam supponit absolute provisione merita. Consequen-  
 tia est recta, et major hæc à contrarij in dubium revocatur.  
 Probo minorem: falsa siquidem esset Apostoli doctrina, si præci-  
 vitia quam verbum ipsum prædestinatio supponit, non abso-  
 luta, sed media duntaxat, vixè conditionata foret: ergo.

Sequela  
 probatur ex ipsius Apostoli verbis; quia propositio hoc quos præci-  
 vit, et prædestinavit, est indefinita: consequenterque in materia  
 doctrinæ absolute prolata vim habet universalis, vel universa-  
 li simpliciter operans, ut de Nacri hujusmodi locutionibus af-  
 firmat receptissima Theologorum doctrina: ergo vix Divinus Paulus

(264)

ibi de scientiâ non absolutâ, sed conditionatâ tantum accipere  
tur, utique dixeret, Deum prædestinare ad vitam æternam quos  
quos conditionatè præcisit habituros esse merita æterna vite con  
digna. Consequens est falsum, et hæreticum, quantumvis legi  
tima sit consequentia, cum Deus certissime præcisiverit meri  
ta conditionata plurimorum, quos non prædestinavit: ergo præ  
cientiâ de quâ loquitur Apostolus in illis verbis est absolutâ, sive  
de meritis absolutè futuris.

24

Denique aliqui fortasse reponet non  
in reflexionibus hæc concinnandis frustra laborasse, quandoqui  
dem ille textus Apostoli non est excipiendus de Prædestinati  
one ad gloriâ, cum aliâ à multâ, et in sensu longe diverso  
vocatatur. Agnosce non idem omnibus in eo subaudi; sed  
non idè casus est labor noster, primo; quia de prædestinati  
one ad gloriâ accipitur à plerumque contraxionem, et opposi  
tâ donatus expositione, nobis etiam ostenditur; an autem  
ingeniosa Thomistarum opera interpretationi textus huius in  
pena, sive nos urgeat, ac ipsos nostra præmia alteram cum  
aliâ conferenti facile patebit. Secundo, quia cum Ambrosio,  
et Augustino sic ab alijs gloriâ intelligitur, et explicatur,  
nempe, quos Deus præcisit fore devotos, sanctos, et conformes  
Christo in vita, et passionibus, hos prædestinavit, ut sint Char  
to conformes in gloriâ.

25

Ita Cornelius à Lapide celeberrimus  
Biblicum Interpretæ in hæc locum Epist. ad Rom. ubi ver  
bi nunc exaratis adiungit, hoc enim præcipue innuit verbum  
præcisit. Præscientia enim est rerum nostrarum, et operum  
quæ facimus, sicut Prædestinatio est Dei, et Divini arbitrij ac  
voluntatis. Unde constat non arbitrarie, sed gravissimo fun  
damento supponi, Laulum in illo textu locutum esse de Prædes  
tinatione ad gloriâ, et insuper hanc ad absolutè prævia merita  
con

consequi; cum ad gloriam eligi dicantur non quicumque, sed qui Christo conformes in vita pronuntiantur, quo sanè conformitas in boni eorum operibus consistit.

Sic quarto, quod ab eodem Apostolo pronuntiatum Epist. 2. ad Timotheum cap. 2. nempe, vigiliis -- emundaveris se ab iri: erit vas in honorem. Quibus verbis agens denotatur posse hominem efficere per bona sua opera, ut sit de numero Electorum, sicut de Boetianis; quandoquidem illa phras vas in honorem, parum apud omnes etiam de veteribus intelligitur electus ad gloriam, ad cuius quæ Divinâ gratiâ fretus potest se a delictis emundare, ergo quilibet adjuvato Dei gratiâ, qua parata ut omnibus (ut latè constitit sup. l. præcedenti a sect. 1. p.) potest fieri vas in honorem, ac per consequens electus ad gloriam. Consequentia necesse infertur; et mirum patet evidenter ex innumeri Scripturæ locis, in quibus ad penitentiam agenda variè provocantur, et accensentur peccatores; iam enim promissione promissionum alligantur, iam terrore poenarum excitantur ad peccata descendenda.

Hoc autem et similia sententia forent, et illusoria, si potentes abscisendi verberis culpary deceret sic invitati ad penitentiam; incanum quippè proximum offerunt impotenti conditionem implere sub quâ fit illius oblectio: dicitur que nimis intentantur minis suppliciorum eii, qui nequeunt illud exequi, pro cuius omissione jactantur: quibus ergo peccatorum cum adiutorio Divino potest maculas delictorum suorum eluere, seu se mundum <sup>aut</sup> exquiratum ab illi prostare, consequenter que se reddere vas in honorem. Ceterum hoc quod ad eò clarè requiritur ex relatis Apostoli verbis, imò potius expresse continetur in ipsi, nullatenus verificari potest in sententiâ Contrariorum, in quâ nullis hominum operibus induci potest efficax intercessio electis ad gloriam, ut potè quis volit Deo libera et.

Sequela manifesta videtur, cum agere

26

27

28

adventurios ad efficacem hanc electionem vniù procedat conditiona-  
ta meritorum viciencia, proindeque merita tantum conditionata  
prointelligantur ad illam. Atqui merita purè conditionata nul-  
lum habent influxum, nullamque meritoriam causalitatem  
exercere apud Deum: ergo. Minor extra dubium est; aliàs enim  
efficax illa electio nec vna, neque. Causa denegata fuisset, cum  
et eorum conditionata merita prouideret Deus: ergo dicendum est de-  
cretum intentionum dandi gloriam omninò subsequi meritorum  
provisionem absolutam.

20

Sit quinto forensis, et videra. Dicitur Beati  
adhortatio cap. 1.º Epist. 2.º. nempe, fratres magis satagite, ut per  
bona opera certam vram electionem, et electionem faciatu.

Profectò verbi huic perspicuè significatur decretum conferendi  
gloriam finaliter perseverantibus ex suppositione, vel sub conditione  
perseverantis finalis, non transire in absolutum donec etiam  
opera nostra bona prouideantur absolute futura, cum expressè  
termini innotuit electionem nostram non esse certò futuram,  
vique dum absolute prouideantur à Deo futura nostra bona opera.  
Consequentia vique alia recta est; quia si Deus efficaciter eligens  
ad gloriam ante absolute prouisa merita electio nostra omninò  
certa esset independenter à nostri meriti, cum antecedenter ad  
ipsa illud efficax Dei decretum esset prouisè infuistrabile: ergo.

30

et fore clarum vii huius Apostolici testimonij proponi valet: efficax  
electio ad gloriam antecedens absolute prouisa merita et prouisè in-  
fuistrabilis, et omninò gratuita: ergo nequit non inferre terminum,  
quem respicit, et independenter à meriti, quo proinde ni-  
hil conferunt de firmandam, vel augendam certitudinem ejus.  
Antecedens et ipsa contrarium doctrina, et consequentia rectè  
deducitur; siquidem omne Dei decretum efficax, et absolute  
est infuistrabile ad eptimum sui termini, sicut decretum quod

libet omnino gratuitum est generis independens ab operibus nostris: nequaquam ergo monet, et hortatur Apostolus, ut per bona opera certam faciamus nostram electionem, si hac antecedit absolute provisa merita: ergo &c.

Unde maxime potest ita doceri: Divus Petrus loco citato graviter, et serio suadet ut sereno valuti nostras prospiciamus, certamque nostram electionem efficere conentemur, non ut unquam, sed medijs operibus, quo subidio Divino gratis valemus elicere; sed efficax electio procedens absolute merita nostra, nullam omnino certitudinem ab ipsis accipere potest: ergo consilium Apostoli vanum esse, ut pote quod medium procul inutile designaret ad finis asecutionem, cuiusmodi sine dubio videntur opera nostra respectu electionis eadem antecedenti absolute, nullo que titulo dependentis ab illis: ut ergo quidem et considerata sit Apostoli ratio, debet electio nostra subsequi provisionem absolutam meritorum. Minus ex terminis certa videtur; quia decretum antecedens efficax et absolutum, metaphysice certo futurum reddidit effectum, quem decrevit; certitudini vero metaphysica nulla nova certitudo, vel certitudinis incrementum superaddi valet, ut evidens est: in vanum ergo laboraret, qui nitentur augere certitudinem huiusmodi: consequentia quoque frustra consilium daretur ad tale certitudinis augmentum procurandum.

Cum igitur hoc admonitio Divi Petri merito conceatur, et re ipsa sit consuetissima, requiritur inde nostra bona opera in electionem nostram influere; quo namque certitudo, quo se securitas aliter in illam deivari possit a meritis nostris? Unconceptibile sane videtur, quod electio nostra firmitatem aliquam habeat ab operibus, quo nullatenus in eam influant: ergo si per opera nostra potest, iuxta monitum Apostoli certa reddi, quodammodo pendet ab ipsis, ad quos

quod dè subsequitur; quod enim ab alicujus inflorari potest ut  
 via, utique nequit illud antecedere, et ex terminis apparet evidens:  
 ergo H.

Sectio 3<sup>a</sup>  
 Eadem assertio suadetur ex  
 Sanctis Patribus.

33

Procor allegat plures Accutus Doctorum citatâ dig. 8<sup>o</sup>, cap. 3<sup>o</sup> quorum  
 testimonia præscribo, quia quantum magno pondere existimari mu-  
 reantur, à quibusdam exco<sup>o</sup> rejci volent, et ab alijs in verum in-  
 consensum alienum detorqueant. Quamè vola. Latiorum Patrum ef-  
 facta proponam, ea que durtaxat, quo nostram sententiam appo-  
 te continere videntur. Inprimis ergo Sanctus Ambrosius in illa  
 verba Pauli ad Rom. 8. Jacob dilexi, Cum autem deo habui, sic  
 ait, proscientiam Dei flagitat in huius causis: sciens enim quid esset  
quisque illorum futurus esset dixit H. Ibidemque rursus inquit,  
unum elegit proscientiâ, alium prævio. Et demum inferius depor-  
 git, nam neminem damnat, antequam peccet, et nullum coronat  
antequam vincat. Neque minus expresse favet huic opinioni, quon-  
 iam supra illud ejusdem Epist. ad Rom. cap. 8., viximus quoniam dile-  
gentibus Deum omnia cooperantur in bonum H. pronunciat,  
istos quos proscivit sibi devotos, ipso elegit ad gratiam gratiam capi-  
enda.

34

In verbis quippè nunc transcritis evidentiâ de electione  
 ad vitam eternam loquitur Ambrosius; alius enim ad gratiam quæ  
 etatis accipiendâ, non diceret eligi quos (Deus) proscivit sibi devotos  
 sed ad accipiendam pietatem, ut sibi fierent devoti: ergo. Neque  
 vim auctoritatis, et in eâ nisi divinitus, enervat, quod Sanctus  
 Doctor agens de electione ad gratiam aliquando videatur plû-  
 juto præcis assentiri, quia nec ipse, nec illi docuerunt usquam  
 electionem ad gloriam ex voluntate arbitrij meriti esse, sed ex mi-  
 xiti à gratiâ profecti: quod quid aliunde sit, an aquè aliquem eorum

phrasii quandoque minus accurate, vel non satis caute prolata  
de Electione ad gratiam inveniat: ergo.

Coetus Ambronis

36

Quis Hieronymus Epist. Lib. quam veniit ad Helibiam  
pari claritate tradit eandem doctrinam; vixidum ibi quot. lo.  
exponens illud Malachis 2. non ne frater erat Cuius Jacob do-  
cit Dominus, et dilexi Jacob Cuius autem odio habui? Inquit  
non relevat irrationabilitatem Deum, et absque iudicij veritate;  
vel causis procedentibus: vel quia alij non susceperunt filium  
Dei; alij autem recipere sua sponte noluerunt. Et paulo  
post adjungit, ex quo ostenditur non gentes eligi, vel hominum  
voluntates. Ubi manifeste loquitur de electione ad gloriam,  
cum causa nulla procedat ex parte hominis electionem sui  
ad gratiam.

De hac autem electione ad vitam eternam affir-  
mat expresse non fieri sine iudicio veritatis; consequenterque  
non nisi considerati, et attentis Electorum operibus. Adde quod  
textus non gentes eligi, vel hominum voluntates, clare signi-  
ficat non homines nudos, aut meritis exutos ad gloriam eli-  
gi, vel bonis operibus instructos, et ornatos; id enim ex terminis  
innuit Antithesis inter homines, et voluntates ipsorum:  
quia nullus alius verum apte potest ei subere. Quod si verode-  
tur Sancti Doctorum ibi locutum esse de Electione ad remis-  
sionem peccatorum, quo fieri potest ex meritis de congruo, recur-  
rum illud Joannis 2. quot quot autem receperunt eum (perfr-  
dem videlicet) dedit eis potestatem filios Dei fieri, atque adeo ju-  
stificari; nullatenus tamen est exigendus, et voluere quidam,  
de meritis arbitrij proprii relicti omnibus, vel adjuvi Divina gra-  
tia.

36

Nec huic obest, quod in illa verba Pauli ad Rom. 9. cuius  
vult miseretur, concedere quodammodo videatur in sententia

37

Sacerdotum; quia neque non omnino convenit cum illi: nisi  
 lisi viquidem humano labori subiungit gratiam velut inde pro-  
 meritam, ut apud Latinos non semel iudicatum (etsi fortasse non  
 auctorem) invenitur. Imò quousque agente doceret confecti gra-  
 tiam ex meritis arbitarij, non ideo probatio nostra ex relatu eju-  
 sdem datusque langueret, cum ibi peripicue loquatur de meritis  
 ex gratia procedentibus, ob que gloriam impartiri dicit:  
 neque reprehenderetur siquam auctoris, vel etiam invidiose  
 contrarium. Hoc ad vindicandam Sancti Doctoris honorem,  
 probationemque nostram in illius auctoritate fundatam pla-  
 ne sufficiunt.

38

Etiam Synchroon vtriusque laudari Doc-  
 toris Augustinus in hoc puncto convenit cum utroque; nam lib.  
 2. ad Simplicianum quod 2. propositi in initium, quam medium  
 ait, nam nisi esset electio non essent electi; nec recte diceretur,  
 „ qui accusabit adversus electos (quod extat cap. 8. Epist. ad Rom. vii.  
 „ 35). Non tamen electio procedit justificationem, sed electio  
 „ justificationem. Nemo enim electus, nisi iam distans ab illo qui  
 „ reprobatur. Unde quod dictum est (nempe cap. 1. ad Ephesios vers.  
 „ 12.) quia elegit nos Deus ante mundi constitutionem: non video  
 „ quomodo sit dictum, nisi prevenientia. Et paulo antea dixerat  
 „ ibi loquens de Jacob, non itaque electus est ut fieret bonus, sed  
 „ bonus factus eligi potuit.

39

Hoc Augustini loca nostram sententiam  
 expriment adeo clarè, ut nulli indigeant evulsi reflexionibus,  
 aut ponderationibus urgenti, quo circa plures adversarij, frustra  
 tentatis aliquot reflexionibus reprobationibus adacti sunt asser-  
 vere Sancti Doctoris alibi retractatae doctrinam hanc; ac  
 ebinam et propositam non occurrunt. Et certe contrarium eius-  
 dem (inter alios) Reverendus L. Thyrus iam allegata sup. 8.  
 reprobationibus 11. et 12. quo tota sunt in mente Sancti Doctoris in-

Agenda: nec non Accusatus D. Vazquez, ubi supra citatus cap.  
 8. Licet ergo D. Augustinus 2. Retractionum cap. 1.<sup>o</sup>  
 meminisse utique de Libris à se retractis ad Simplicianum;  
 at verò nihil in illis dictum ejus, aut aliquomodo sibi dispi-  
 cere significat.

Imò mentionem de Libris huic deus facient  
 1. de Lib. destinatione Saneorum cap. 4. doctrinam in ijs con-  
 sentiam extollit, et optantibus veram de gratiâ notionem ha-  
 bere, commendat, quòd sine dubio non committeres, siquid  
 esset in predictis libris retractatione dignum. Undè pronunciat  
 ac Eminentiissimus Sphorherati citato Hodo Predestinationis  
 pag. 21. centum enim est, Saneorum Augustinum cum aliqua in  
ius libris retractaret, nunquam retractaret, qui in Libris ad Sim-  
plicianum de Gratia docuerat, imò vehementer ea commenderet,  
se, eo que Semipelagianos remissis lib. 1. de Predestinatione  
Saneorum cap. 4.

Unusquisque. I. de verbis Domini cap. 2. nunc  
 vix exerbit hanc resolutionem, aut potius evasionem, iterumque  
 tradit nostram ventrosam inquisitionem, in hoc capitulo hoc dicitur,  
 meus, quoniam quos voluit Dominus, hos elegit. Elegit autem  
 vult dicit Apostolus, et secundum suam gratiam, et secundum  
 illorum justitiam. Gratia enim illis clariorum auxilia, quibus  
 elevati valentius operari valeant, et operibus sic citius elec-  
 tionem suam promerent: elegit ergo secundum suam gratiam,  
 quatenus hæc eis liberaliter suppata potentes efficiuntur ad opera  
 supernaturalia, quo gratiâ deficiente, nequaquam exequi  
 possent; sed ipse illam adjuti libere meritoque faciunt: ac  
 propterea rectè dicuntur etiam elegi secundum illorum justiti-  
am.

Genuinam hanc expositionem, sponte fluentem ex vultu  
 adducti Augustini verbis (quoniam imò vultam eorundem resolutionem)

tradit ipse Sanctus Doctor pluribus in locis presentim de gratia,  
 et Libero arbitrio probant contra Pelagianos Divino gratis ne-  
 cessitatem ad opera voluntaria; nam libro citato cap. 6. in illa  
 27 verba 2o. ad Timotheum cap. 4. in reliquo reposita est mihi  
 28 corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die, ius-  
 29 tu Judex, ad intentum plane convincendum sic inquit; cui red-  
 30 detur coronam iustitiae Judex, si non donasset gratiam misericor-  
 31 diae Latet? Et quomodo erit ista corona iustitiae, nisi processit  
 32 ius gratia quo iustificat Impium? Quomodo ista debita red-  
 33 detur, nisi prius illa gratuita donaretur? Et illico sub-  
 34 dens objectionem quendam haereticorum contendentium vitam  
 35 aeternam procedentibus reddi meriti nostris, ita respondet: videntur  
 36 merita nostra sic intellexerint, ut etiam ipsa dona Dei esse  
 37 cognoscerent, non erit reprobanda ista sententia.

43

Ex potest  
 mi hi verbis manifeste concluditur, Augustino probant ven-  
 38 tentiam, quod docet electionem ad vitam aeternam ex provisi-  
 39 esse meriti, dummodo non sint quae naturalia, vel ex arbi-  
 40 trario creato tibi voli relicto, vel potius ut oportet, ad ius vitibus  
 41 gratis. Nos autem impresentiarum id affirmamus, namque  
 42 merita, quorum absoluta provisiio antecedit electionem ad glo-  
 43 riam, esse supernaturalia, nec nisi operante Dei gratia, illa-  
 44 tenent ab humana voluntate fieri posse: ergo Divus Augusti-  
 45 nus ratam habet opinionem nostram super electione non an-  
 46 teunte, sed consequente merita absolute provisi: ergo H.

44

Con-  
 vocat Augustino Sanctus Hieronymus ad Objectionem Vincentia-  
 47 nas ant. 12. (si fortasse, quod et plures opinantur Augustinus  
 48 ipse sit Author illius operis) dicens, illi de quibus dicitur ex no-  
 49 bi exierunt, sed non erant ex nobis; si enim fuissent ex nobis  
 50 mansissent etiam nobiscum; voluntate exierunt, voluntate  
 51 ceciderunt.

cederunt; et quia prosciti sunt casui, non sunt predestinati ,,  
 ti; eventus autem predestinati si eventus reversivi, et in vanitate ,,  
 re, ac virtute manuvni; ac per hoc predestinationis Dei multum ,,  
 et causa standi, nemini labendi. Ubi maxime notandum ,,  
 est, quod expresse tanquam causa sive ratio cui aliqui non sint  
 predestinati designatur. provisus iporum lapsus, nihil enim aliud  
 innuit potest illis verbis, quia prosciti sunt casui, non sunt pre-  
 destinati.

Nunc sic: atqui proscientia casus aliquorum, de qua  
 hic est sermo nequit esse puke conditionata, sed absoluta: ergo  
 H. Non excluditur esse videtur, alioquin equiveret predesti-  
 cinati non essent tales, cum et illi providerentur casui conditio-  
 onate, vel proscientia conditionata: ergo. Proterea neque repro-  
 bi predestinatione carent, nisi ex absoluta proscientia lapsus eo-  
 rumdem, quandoquidem et ipsi proscientia conditionata non  
 casui, vel sese nullum execturi pronoscurantur: ergo. Qui velit  
 alia fluxa Sanctorum Lacy testimonia videre nostram opini-  
 onem experientia Doctores deat supra citato num. 11, et 12,  
 proique vead Valentiam, Lenium, et Martinonum.

Quid ad  
 hoc et similia respondeant advenarij, recocatur omnino, vel ad im-  
 propriam Lexas constructionem, vel ad arbitriam aliquam  
 suppositionem, apud nos oque falsam, ac ipsamet opinio quo  
 que tuenda producitur. Inprimis ergo dicunt relatos Venij-  
 turo textu, et alios ejusmodi, non proaxationem, sed proxi-  
 onem Regni Coelorum indicare: quoniam que particulam cau-  
 valent enim, quo parim occurrit in Vactu huce testimonij,  
 ut in illo Mathi 18. quod excipimus num. 18. non referri ad  
 vocem paratum, sed tantum ad procedentia verba venit, et  
 possidere. Ceterum quam distorta sit hoc ratio interpretatio, syn-  
 taxique repugnans nemini non apparet; nam ut supra notavimus,

45

46

non aliter ibi Chritus alloquitur Electos, quos ad gloriam invitavit, quam Reprobos, quos damnat ad penam eternam: ergo.

47

Sacer  
illatio: quia particula causalis enim ad Reprobos eodem loco directam non solum refertur ad actualem, et exercitam infirmitatem supplicij, sed etiam ad preparationem eadem, cui iuxta contrarios ipsos ut plurimum, impij non degissent ad gehennam adhuc inventivè, donec absolute provideantur eorum demerita: evidens est ergo, memoratam particulam in sententia lata contra Reprobos afficere tam dictionem parati, quam antecedens verbum dicente: ergo similiter in salutari sententia Iusti ibidem edicta cadit illa particula causalis non solum supra verbum possidere, sed etiam supra dictionem paratum: ergo.

48

Pro-  
fecto verbi illi Chriti Domini venite et possidete, non invitantes Electi ad nihil possidendum, aut ad possessionem aliquam invidiam veluti in abstracto, sed expresse vocantur ad possessionem patrii Regni celestis: ergo si profata causalis refertur ad possessionem utriusque refertur ad possessionem Regni parati: ut ergo parati Regni possessio supponit absolute provisa merita, eadem supponit ejus preparatio, quia sub uno contextu, nullo que discrimine facto, mentio fit utriusque: nec subiecta causalis alteram ab altera reparat: ergo Quati itaque confingitur ab adversarij hoc violenta constructio; nam pari jure possunt à dicta causalis subtrahere possessionem Regni Celestem, atque negare sub eâ comprehendi preparationem illius: vel enim utramque, vel neutram afficit.

49

Secundo dicunt, (et que responsio communior et universalior adhibita presentium illi auctoritatibus, quo meritorum provisionem expriment ad oblationem, ut negari facilius, quam obscurari valeant) Scriptura Latium que testimonia, quo manifestè loquitur non de consecutione

temporali Loco, sed de illius eterna preparatione, debet sic explicari, ut omnino referantur ad decretum executivum, et nullatenus ad intentionem. Sed contra; quia responsio hoc in nititur voluntario nobisque falsa suppositioni distinctionis inter decretum intentionem, et executivum, quia proinde potest eadem licentia regi, quae proponitur. Cui impugnatio huc importura foret, ut pote spectans ad alium tractatum. Ubi nihilominus quo contra distinctionem eius actus ab Electione medicorum dicta sunt sup. 6. rec. 2<sup>a</sup>.

Deinde, si decretum intentionem, pro ut a contrariis igitur adstruitur, est absolutum et simpliciter efficax, adeo ut sit essentialiter infructabile, infert etiam essentialiter media necessaria ne fructetur; sed huiusmodi sunt ea, quibus Electi vitam eternam certè consequuntur: quorum ergo decretum aliud, et media executioni mandentur, et illis actu conferantur? Vanè si propter electionem medicorum ad ordinem intentionem spectantem demittendum est decretum executivum de eisdem medijs (ut ait Lonerus hic sup. 2<sup>a</sup> num. 52.) talis electio non est per se simpliciter efficaciter inductiva terminum, quem respicit: ergo non est ab eodem authore subinde describitur, nec non ab alij Thomisti, qui quoad hoc illi parim assentiuntur, vel potius illum sibi convenientem habent.

50

Proterea si singillatim percurrantur textus à nobis allegati, constabit, nequidem apparentia omnibus adaptari posse resolutionem istam; nam plerique distinguunt expresse preparationem Regni Coeli ab eisdem futura possessione; nihilominus haudaliter de possessione danda, quam de preparatione faciendâ loquuntur, et illos denique legenti patebit: ergo cum iuxta contrarios decretum executivum tam medicorum obtinendi gloriam, quam conferendi possessionem eius absolute provisâ merita non antecedit, sed sequatur, dem

51

omnino dicendum est de decreto intentionis, cum gloria, tum quoque meritorum, quae requiruntur ad illam assequendum.

52

quod hoc distinctio decretorum, eique superstructa volentis gratia inter se cohaere, quin imò manifestè vobis contrariari videntur; quia requirunt omnino quod absoluta provisiō meritorum antecedat decretum executionis, quale venitur à Thomistis, nam ut inquit Conestus num. 50. disputationis antea citatae, testimonia Scripturae, quae loquuntur de exercitiō preparatione gloriae debent intelligi, et explicari de decreto executionis, quod provisiōnem meritorum suggerit, non verò de intentione, quod est pure gratuitum, et meritorum provisiōnem antecedens, ut exposuimus L. Corollario. Si. precedentis. Ubi num. 52. memoratum corollarium sic exhibetur: Collige L. propter decretum intentionis gloriae meritorum provisiōnem antecedenti, dari aliud executionis circa gloriam: et quae inferius adiungit illa verba, quae supra num. 50. transcripsimus.

53

Hoc, inquam, ad variationem doctrinae proprii ipsorum verbis expressa malè vobis cohaeret; quia non solum decretum intentionis, sed etiam executionis prout hic à Conesto defingitur, antecedit absolute provisiō merita: ergo praesentia decretorum distinctio, tametsi concedatur, insufficientis est ad salvandam proprietatem locutionis in textibus Sacris. Consequentia est clara. Probo antecedenti: merita provideri nequeunt absolute futura, donec absolute futura sit illorum causa; sed ante decretum executionis causa meritorum absolute futura non est: ergo. Major est evidens. Probo minorē: decretum executionis ad media terminatur, et quae volitis actus produci, et dandi auxilia, quibus elevata voluntas eliciat merita; sed ante decretum absolute producienda auxilia, hoc absolute futura non sunt: ergo.

(277)  
Licet in hoc divinarum, nihil non percipiendum appareat, attamen  
sui ejus aliter explicata, clarior formam innouesce. Igitur merita  
sunt actus liberi supernaturalis, quos voluntas auxilio Dei  
freta producit, adeo quoad hoc adjuvatio, ut propter  
impotens elicere memoratos actus, qui propter ea quod liberi ne-  
quunt absolute futurari, donec ad illos eliciendos absolute futur  
a gratia potentia proxima, et expedita. Sed hoc absolute fu-  
tura non pronoscitur ante decretum executivum auxilij gra-  
tiae voluntas expedita, et potentia proxima salutariter spe-  
randi constituitur: ergo decretum executivum non sequitur,  
sed antecedit absolute propter merita, cum hoc a Divina gra-  
tia tanquam a causa partiali dependeat, et ita non sit (atque  
adeo non gratia) absolute futura, donec absolute decernat  
sua ut fiat.

Ex dictis apparet decretum, inutilem esse et atq  
distinctionem ad exponenda testimonia sacra, consequenterque  
nullam esse responsionem in illa rixam. Quodsi pro salvanda  
vobrevocione decreti executivi ad absolute provisum merita, confu-  
gerit aliquis ad efficaciam intentivi, quasi per se facienti, ut  
absolute futura sint media, quo respicit, frustra laborabis;  
quia recursus iste refutatus est num. 60., et ulterius iniquum  
valet argumentis, quo contra distinctionem vultu activi ab elec-  
tione medianam indicavimus sup. 6.<sup>a</sup> sect. 2.<sup>a</sup> Certe si decree-  
tum intentivum se solo sufficit, ut intentum media reddatur  
absolute futura, nihil ad absolutam eorum futuritionem requi-  
ritur vel necessarium esse potest. Nam ut est in proverbio, frustra  
fit per fluxa, quod fieri potest per pauciora: per pauciora ergo frangi-  
tur illa decretorum distinctio!

#### Sectio 4.<sup>a</sup>

Probatur à ratione conclusio nostra.

Quemadmodum in superioribus aliqua veregimus (omni alij pluribus)

cum Scriptura, tum Latini effata veneratione nostra faventia:  
 sic in presenti rationi quaedam inveniabimus, alius exgerendum  
 proteritum quoque multis facile videtur cum spatum advenit, apud  
 Authores obvios Accutum Doctorem, Levium, Reverendum La-  
 tium Thysum &c. Prima contendit ex opposita veneratione sequi  
 nullam in Clerici manere libertatem assequendi, vel amittendi  
 vitam otiosam; quia si Deus ex se ipso, nulla que ratione mari-  
 tonum habita, decrevit efficaciter aliquos glorificare, manifestum  
 est, in illorum ~~potestate~~ libertate non esse beati, ac damna-  
 ri: nemo vique in absoluto Dei decreto resistere valet, aut in-  
 tum, et casum id reddere: ergo.

57

Qui namque veniunt efficaci-  
 ter ad gloriam eliguntur, exit vas in honorem, ita ut propter  
 iniquitatem suam nequeat fieri vas in contumeliam; quia si  
 bonus, sive malus fuerit, utique semper erit electus ad vitam  
 otiosam, ac per consequens vas in honorem. Hoc autem appo-  
 te contrariatur Apostolo 2<sup>o</sup> ad Timotheum cap. 2<sup>o</sup> cuius verba  
 debimus nunc 26. in quibus ait, posse quemlibet emundari  
 dove a peccatis ex vase contumelios reddi vas in honorem: et e  
 contra simul innuit, ex vase honori fieri posse vas in contumelios  
liam, si nimium a iustitia cadat: ergo. Propterea, frustra sin-  
 gulis Clericis enunciaretur illud Apocalypses cap. 3. veni ad  
 tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam; quia si non  
 ita coronam habet in sua potestate, ut illam amittere valeat,  
 optime reponeret momenti, seu iubenti, veni ad coronam  
 unam in manu Dei, de qua nullus eam excoquere potest: ergo.

58

Jam  
 vero licet ex opinione contraria recte videatur inferri, quod  
 nulla sit in Clerici vera potestas adquirendi, seu perdendi vitam  
 otiosam; tamen De hoc factum clare convincitur ex Sacris  
 Literis, quo subinde repetunt homines in die iudicii recepturos

ne bonum vel malum secundum opera tua: quod in vanum  
illi insinaxetur, nisi vitium esset in ipso potestate. Nos quo-  
que recitantes orationem Dominicam, frustra dicemus, ad-  
veniat Regnum tuum, si nullatenus in libertate nostrâ posi-  
tum esset illud amittere, vel adipisci, nec ullo modo pendere  
ab oratione nostrâ; preces enim omnino vacuas effunderemus,  
quando nihil pro illis essemus impetraturi.

Ratio hoc, ab elec-  
tione libertatis Electorum accepta, multipliciâim vixeri solet,  
ut ex illi; sed omniâ variâ formâ illam pro gomerâ, brevi-  
ter et clarè vic aliter adnotari valet: vel homo antecedentè ef-  
ficacitè electus ad gloriam potest non perseverare finalitè in  
gratiâ, et in æternum perire, vel non? Si secundum: ergo non  
retinet indifferentiam ad utramque partem, ac proinde neque  
libertatem, cum hoc nequè nihil aliud sit, quam indifferen-  
tia ad utrumlibet, quo certè componi nequit cum impossibili-  
tate metaphysicâ ad alterum extremum. Si autem quâ-  
mum dicatur, nempe vic Electi non posse perseverare finali-  
tè, adeoque damnari: ergo frustrari potest absolutum efficax  
Dei decretum, quod et manifestè repugnat.

Explicatur  
adhuc, et confirmatur: ex eo quod est possibile, si de facto po-  
tatur in reum natura nullum inde sequitur impossibile,  
et lumine naturali videtur evidens, et expressè traditur ab au-  
thoritate S. Dionysii cap. 12. Undè non est possibile, nec ab alio  
quo tale reputatum est unquam, id ex cuius positione requi-  
ritur impossibile: Hinc vic: supponamus Electum aliquem  
non attingi vitam æternam: hinc utique sequitur existum  
alio Dei decretum efficax, et absolutum; sed hoc ex certis-  
simo est prout impossibile: ergo et antecedens ex quo deducit-  
ur: consequenterque non est possibile, quod sic electus non

(280)

obviate gloriam: ergo positâ electione non est vere liber ad beatitudinem amittendum, et consequendum: ergo &c.

61

Ad vim

hujus rationis infringendam advenarij plura cogitantur ingenuosa, non tamen omnia bene; nam impuniti aliqui dicunt illo decreto concepto sponte quidem esse salvandum hominem, at non liberè, verù cum expeditâ facultate ad utrumvis. Ceterum oneri succumbunt hac responsione aliunde non sustinenda; quia Calvinus idem ait de providentiâ, et voluntate Dei, scilicet ab illi ita necessitari nostrum arbitrium, ut quavis libertas ejus, et indifferentiâ ad utrumlibet adimatur, maneat tamen spontaneum: quod iuxta Philosophum 3. Ethicor. cap. 1. bellius etiam evenit. Quare sicut in singulis operationibus non sufficit admittere spontaneum, sed oportet etiam adjuvare libertatem: sic in finali perseverantiâ, et beatitudinis consecutione propter spontaneitatem, opus est adjuvare libertatem, alioquin nostra libertas evanesceret à prædefinitione, tamen spontaneitas persistet integra: neque sic operantes, dicantur minus à virtutibus.

62

Secundò respondent alij, necessitatem aliquam imponi creatæ voluntati per electionem Divinam, quia nimirum illâ suppositâ, iam voluntas humana nequit se se flexere in alteram extremum: manere tamen ex se sua que vult esse liberam; quia cum impedimentum à decreto Dei proveniens extrinsecum omnino sit, et nullatenus in voluntate creatâ influat physice, nihil in illâ mutatur quoad modum operandi ab intrinseco. Consent enim Authores isti non lobi libertatem impedimento extrinsecu adhibito (quale fuit in Chaito Domino proceptum subverti mortem), sed tantum impedimento determinante voluntatem, in eamque physice influente. Verùm hoc solutio licet acute concinnata, vim

argumenta proposita nihil immutent; quia tamen voluntas  
humana ex se suoque agendi modo alia eret libera, tamen  
inposito Dei decreto (extrinsecè dumtaxat applicato, et non in-  
flante physice) iam pro libito nequeat inclinari, seque de-  
terminare in utramlibet partem, utique non sit indifferens,  
ac per consequens neque libera: ergo memoratum Dei decre-  
tum huc etiam eximit libertatem humanam. *Q*

*Equidem*

63

attentè communi Theologorum doctrinà, nec non ipsa rei  
natura, libertas à necessitate, vel ad merendum, et demerendum  
requiritur, concipi non potest absque indifferentià ad partem utrius-  
que: ergo in proposito decreto posito tollitur indifferentià, etiam  
illo supposito libertas auferitur: quid quid sit, an modus operen-  
di voluntati creato inest intrinsecè, vel volenti extrin-  
seci applicetur aliquid, quo posito non maneat indifferens.  
Difficultas de libertate Christi Domini cum procepto morien-  
di componenda impertinenter huc adducitur, cum ad alium  
tractatum attineat, ubi supra ea prolixè disputatum, et conten-  
tiosissime, ut patet ex multitudine, ac oppositione sententiarum,  
inter quas rursus allata parum eminet.

*Tertio dicunt*

64

alij, nullam ex decreto Dei necessitatem inveni creati volun-  
tati, cum quo ad hoc, eodem modo se habeat decretum atque  
volentia. Quare sicut ex suppositione, quod non venit Deus De-  
cretum ex. peccatum non esse, non potuit non peccare Petrus, et  
nihilominus potuit ad non peccandum illi non admittitur (sim-  
plicitè enim ita peccabit, ut absolute posuit non peccare), simili-  
tèr ex suppositione decreti Divini non potuit Electus damnari, sed  
gloriam amittere, simplicitèr tamen ita libere gloriam asque-  
ratur, ut posuit non obtinere; quia necessitas ex suppositione, neque  
tollit simplicitèr, neque minuit libertatem humanam.

65

Patet non officere libertati necessitatem consequentem, sed volun antecedentem, quoniam illa posterior est, et dependet a libertate; secus autem ista, quae libertatem antecedit omnino, nec illatenus ab illa pendet. Necessitas ergo quae provenit a scientia Dei, consequens est: quavis enim posita scientia culpa Petri, culpa futura sit, futura tamen est ex ipsius Petri libertate, cui proinde subest etiam illa suppositio: consequens itaque necessitas inde procedens, ut pote libertate posterior, neutriquam ei nocet.

66

Non autem ita contingit in altera suppositione, scilicet electionis ante provisa merita; quando quidem hoc est quod omni libertate creatâ, nec illâ ratione dependet ab illa: cum itaque necessitas oriatur ex huiusmodi suppositione, ut nuper evicimus, certe libertatem impedit. Libertati vero contra quamcumque necessitatem ita stabiliri debet, ut vere liberi maneat homini ad perseverandum, et non perseverandum, ad gloriam adquirendam, et amittendam. Neque sufficit cum quibusdam asserere, quod nisi fieret illa suppositio, liberi perseverarent: quia plures etiam haeretici post Melancthonem, voluntati concedunt libertatem ex se, nihilominus autem affirmant ex scientia, seu decreto Dei non manere liberam. Et sane, vere libertas ad merendum, et demerendum exacta simpliciter, quamcumque suppositione factâ defendi debet ad versus hoc catholice veritati rationes.

67

Quanto tandem alij respondent (ac ut ingenue loquar est responsum verissime contexta) quod ex suppositione illius decreti, vel electionis ad gloriam, non imponitur voluntati casus necessitas antecedens, sed meri consequens; quia quavis non antecessit electionem absoluta provisa meritorum, attamen illa procedit scientia conditionata, quâ Deus ita videt, si dedit no talem, ac talem vocationem Petro, liberè perseverabit usque

ad finem vite: cum ergo sic perfecta libertate decernit absolute  
 Deo beatitudinem illi non abigit indifferentiam volun-  
 tati iam sub conditione cognitam, sed potius eam supponit;  
 quia necessitas huius decreti posterior est libertate voluntati Letii.  
 Quid autem efficere poterit, ne post hoc decretum Deus prepar-  
 et varias vocationes, quae Letius ad extremum usque libere  
 perverseret, libertateque gloriam obtineat?

68

Ad contra: quod nam-  
 que Deus novem sub conditione perversantiam Letii habet,  
 et illa vocatione tacti, certe non tollit, quod absoluta ejus elec-  
 tio ad gloriam precedat consensum ignis absolutum, et quod sub  
 tam modo fuerit in illius potestate, vivit et scientia Divina venun-  
 dam principia respondentium; sed si non fuit in potestate Letii,  
 eique necessitatem imponit, utique libertatem in illo non re-  
 linquit: ergo, Deinde quomodo Deus conditionate praevidit  
 in Letio libertatem ad perversandum finaliter; tamen absoluta  
 Letii perversantia necessaria est: quandoquidem illa suppositio  
 electioni absoluto minime facta fuit ex eo, quod libertas Letii  
 fuerit conditionate provisa; alias enim eligerentur et repro-  
 bi, cum etiam quilibet illorum nascatur perversaturus, si  
 minimam tali, vel tali vocatione quibaretur.

Et ut supra teti-  
 gimus, merita quae conditionata, seu quo nunquam erunt,  
 et sub conditione praesententur futura, non possunt esse Deo  
 causa, sive ratio alicui conferendi, vel negandi gratiam, et  
 gloriam: proptereaque partem apud veteres Latines appellantur  
 merita conferta: cum igitur in illo quatuor, quo Deus iuxta sen-  
 tentiam oppositam statuit dare gloriam, praesentent merita con-  
 ditionate tantum, et non absolute, dici nequit, quod gloriam  
 praesentent ex illis. Propterea, quando decernitur aliquid ex me-  
 ritis erogare, vel eorum intuitu, voluntas ejusmodi est gratuita

69

(obiter D. G. num. 10.)  
 de necessitate absolute  
 hic num. 29

divini, et retributionis: et sane nemo nisi meritis impo-  
 gritudine vertitur aliquid recipere ob merita non dum abso-  
 lute futura, sed solum sub conditione, quo nunquam adiri  
 solebitur.

To

Denique pro libertate tenenda in ordine absoluto, quo  
 veniatur in conditionato, series eadem adiri debebat in eoqueque  
 vici autem evenit in producta repositione contrarium, aliter  
 constituentium ordinem sub conditione, aliter absolutum. Ugi-  
 tur ita rem tractant in ordine conditionato: si Petrus hac, et illa  
 vocatione tangetur pro singulis occasiones libere perseveraret  
 usque ad finem vite, libereque gloriam asequeretur: et modo non  
 suggereretur decretum aliud conditionale, libertas hoc modo  
 pro volam provisionem gratis provenientis, et concomitanti op-  
 timum defenditur. Tenam si decretum electioni ad gloriam ad-  
 cerent ante gloriam sub conditione libertatem, ita videlicet: si  
 Deus ante omnia Petrum glorificare utatur, propterea hac et  
 illa vocatione usque ad finem <sup>grat</sup> venire, profectione nulli ad-  
 vocationum aueretur Petrus manere liberum; quia tunc ca-  
 sui decretum electionis antecederet provisionem etiam condi-  
 onalem operum.

Ti

Ut ergo teneat paritas, oportet eandem serie-  
 ri viciam in ordine absoluto, et conditionato. Quapropter ut vo-  
 luntas libera maneat in ordine absoluto, vel ab eis removeant  
 adveniant decretum conferendi gloriam ante merita absolute  
 futura, ut sic vido proxiis idem obvenietur absolute, qui sub con-  
 ditione, vel si decretum illud ante opera absolute futura con-  
 stituitur in ordine absoluto, idem in ordine conditionali superad-  
 dant ante merita sub conditione futura. Unde sequetur, quod  
 viciis in statu conditionali libertas perseverandi finaliter condi-  
 onate tolleretur illo decreto: sic in ordine absoluto dum ponitur  
 ejusmodi decretum auferatur libertas absoluta.

Multum in hac prima ratione propinqua, nec non à con-  
 traxi volitionibus vindicanda, monati vimus: Deoque minus  
 in reliquis expendendis haerebimus. Utiq; secunda ratio pro con-  
 clusione nostrae fundatur in communi Theologorum opinio-  
 ne, de qua late diximus disp. 2.<sup>a</sup> nempe Deum voluntate pri-  
 maria, et antecedenti velle salutem omnium hominum et ip-  
 se reproborum, atque ad eo voluntatem illam esse communem  
 omnibus; atq; voluntas ista non est posterior, sed prior provi-  
 sione meritorum: ergo voluntas Dei antecedens provisa meri-  
 ta omnibus est equalis. Unde cum Deus non decreverit effi-  
 caciter dare gloriam omnibus, clare sequitur, neminem ad  
 eam habendam efficaciter electum fuisse nisi ex provisa me-  
 riti.

Hic obiter adverteendum est, Sanctos Latini è quibus deus  
 nunc hoc distinctio voluntati antecedenti, et consequenti ex  
 Dei voluntatem appellare primariam, et antecedentem, quod  
 ex ipso solo: illam vero consequentem, et secundariam, quod  
 est opera nostra provisa. Sic Damascenus lib. 2. de Fide cap.  
 20. inquit, antecedens voluntas, seu beneplacitum dicitur ex ipso  
manari --- inequens voluntas ac permissio à nostro vitio ortu  
dicens. Et libro contra Manichaeos prope finem, nunc ita volun-  
 tatem primariam, aut antecedentem, et secundariam, seu con-  
 sequentem explicat, primaria enim voluntas est id, quod qui-  
quam ex se ipso vult, secundaria autem id, quod eorum reum,  
quo contingunt causa vult.

Tertia ratio, quo nimirum in ipsa me-  
 ritorum indole, bifariam admodum potest, quoniam sic: in providenti  
 providenti reum opera salutaria sunt causa meritoria beati-  
 tudini; atq; causalitas meritoria non aliter excusetur, nisi  
 quatenus allicet remunerationem, ut ex meriti provisi deca-  
 nat premium: ergo Deus in hac providenti voluit deca-  
 nat

gloriam ex absoluta provisione meritorum. Constat minor  
 à punitate decreti reprobativæ, quod sanè non concipitur à Deo pro  
 pter ~~merita~~ demerita, donec ita provisionem absolute futu-  
 ra: ergo. Patet etiã alijs exemplis: namque nostro processu, et  
 Sanctorum intercessionis gratiæ quatenus cognita, Deoque gratia  
 moventur ipsi, tum ad externam beneficii collationem, tum  
 ad interiorum affectum id volendi. Universaliter justitiam, et fideli-  
 tatem exerceat Deus erga nos post absolute provisionem merita nos-  
 tra: ergo &c.

75

Confirmatur auctoritate totius Ecclesiæ, quæ in  
 ista Missæ celebrationem orare nos docet, et in Electionum tu-  
 orum iubeat grege numerari; sed rogare Deum ut iubeat, est  
 petere ut velit, atque decernat: ergo fidem ac speramus, per  
 nosmet, et Ecclesiæ processu, quæ Deum petat, ut nos etiã  
 Electi ascendeat. Neque vix huius dicantur eludit familiaris  
 illa distinctio decretorum intentivi, et executivi; nam qui decre-  
 to intentivo iam est predestinatus, iam quoque consummatus  
 est inter Electos: ergo si quod decretum intentivum predestina-  
 tio liberalis est, et gratuita, et aliunde meriti nostri obtineri ne-  
 quit, ad illam consequendam incertum oraret Ecclesiæ: quod certe  
 nefas esset asserere. Quibus adde Sanctum Augustinum in Cr-  
 chrypido cap. 123. ita locutum esse, nullus fit vultus, nisi quem  
Dei voluerit valere, et ideo rogandum est ut velit, quia necesse  
est fieri, si voluerit: ergo iuxta Sanctum hunc Doctorem pre-  
 cibus nostris impetrare possumus, ut Deus velit nobis vitam eternam.  
 Quod spectat proximè alia sententia eodem Augustino communi-  
 ter impetrata, nempe, si non est predestinatus, fac est predestinatus.

76

Secun-  
 do sic alièd institui valet proposita ratio: vè Deus nihil faciens  
 merita non ex gratuitudine, sed ex meriti liberalitate, statuit ab  
 opere glorificare Deum in tempore; quavis postea Deus habeat

merita, non tamen ex illis, aut illorum intuitu Deus ei largietur gloriam in tempore, sed omnino gratis uti decreverit: imò tamen nulla respiciat in Lecto merita, nihilominus ei gloria impetietur, quoniam ita statuit ab aeterno: ergo merita nihil operantur in Electis ad gloriam obtinendam: Dixerunt huc illustri conuerso exemplo Lincipis, qui vola sua voluntate decreverat aliquem in Consiliarium assumere, non ex merito aut illatenus attentis eius animi dotibus: nam etsi postea contingeret hominem illum recipi doctum, et prudentem esse, multaque meriti ornatum; attamen ex vi prima resolutionis, et quia sic ipsi placuit, non autem ex meritis noviter decessit illum eligere ad munus relatam. Similiterque licet postea deprehenderet, vitium illum indoctum, et stupidum esse meriti que vacuum, nihilominus illum eligeret ex prioris inventionis, vel certe mutabit sententiam cum in prima sua definitione nullum respexerit meritum, ratione cuius vellet eligere talem hominem.

Hoc, inquam, exemplo vi istius rationis inclaxerit; quia si Deus apud se prius constituit gloriam conferre non intuitu meritorum: ergo non ex gratitudine, sed vola sua benignitate decrevit illam dare. Cum ergo decretum Dei semel conceptum immutari nequeat, aperte requiritur quod ex vi huius decreti Deus in tempore gloriam exoret Electis, non quidem ex gratitudine, vel intuitu meritorum, sed omnino gratis, quanquam aliunde merita sint eis fluxima: imò tamen fluxa sint ipsorum demerita. Patet illatio; quia decretum illud prout gratuitum, et ex mera liberalitate fuit: ergo illo posito merita nihil continent ad gloriam adducendam: quod utique distortum, absurdum, et innumeris scripturis testimonij manifestè repugnans est.

Negue difficultatem emol- 78

lit' responsio communis, et saepius ante rejecta, nempe Dei voluntatem ordine intentionis in decretis non esse ratione meritorum; in tempore vero beatitudinem executioni mandandi esse per merita. Quia vi Deus ab aeterno decrevit non ex gratitudine, sed ex quâ misericordiae suâ liberalitate quidquam imperari, certe decrevit ejusmodi donationem in tempore faciendam ex eadem liberali gratitudine voluntate, nullo quomodo remuneratoria: ergo voluit illam in tempore fieri gratitudinem, quemadmodum ab aeterno profinierit. Explicatur amplius, et firmatur; siquidem illa Dei voluntas non facta est rem prociâ secundum se consideratam, sed pro ut aliquando futuram in tempore, consequenterque pro ut efficiendam; sed quod ex voluntate liberalitatis, et non gratitudinis decretum esse donatum, utique decretum donatum esse sine meriti, quia decretum illud respicit donationem in tempore futuram ex eodem motivo, quo decreta sunt ab aeterno, dummodo non mutetur illa prima voluntas: ergo si memoratum Dei decretum fuit merito liberalitatis, et misericordiae, cum aliud nec impediri, neque mutari valeat, nulli profecto meriti indigebit, ut consequatur effectum suum: ac per consequens ut hunc inducat, non opus erit, ut praeterea superveniat motivum gratitudinis.

79

Aliter ita potest argui: decretum illud liberalitatis, et misericordiae, quia tale, vel ex se fuit efficax, vel secus? Si quidem: ergo nisi mutetur, aut impediat, obtinebit effectum ex solo suo motivo; hoc enim est proprium omni voluntati per se efficaci. Cum igitur aliud nullum Dei decretum efficax (cujusmodi nunc supponitur illud inventum, absolute prociâ meriti procedens) impediri possit, aut mutari, manifestum est, quod pro gloria consequenda superfluum decretum aliud executionum ex motivo gratitudinis. Si secundum: ergo

ergo decretum antecedens absolute provisum merita non est infirmabile, quoniam neque non reddit executionem beatitudinis infirmabilem, donec accedat alia voluntas gratitudinis, quo propter merita futura vellet impetrari vitam eternam: ergo decretum illud intentionum non est quale statui solet à contrariis. **Quæritur:** etsi dicant ad versarij, quod ante provisum merita decretum illud intentionum ex misericordia, et liberalitate procedat in Deo; nullatenus autem infirmantur, quin potius omnino requirant decretum aliud efficax ex gratitudine retribuendi gloriam ob absolute provisum merita. **Hinc sic:** si decretum hoc potius non esset efficax ex gratitudine, nemo vitiosus illius decreti gloriam obtineret, vel equè sine merito, atque cum illis eam assequeretur, quod quidem falsum, et ab omnibus est apud omnes: ergo si decretum potius est necessarium ad beatitudinem habendam, prius decretum ex se non erat efficax ad infirmabilem illius adeptionem; alia enim ex solo suo motivo, et absque novo decreto, haberet effectum impetrandi vitam eternam ex mera liberalitate: quoniamque sine merito.

Denique contrarij propugnantes in Deo voluntatem efficacem dandi vitam eternam ante provisum merita ex mera liberalitate, et beneficentia, concedunt insuper aliam voluntatem efficacem conferendi gloriam ex gratitudine tanquam premium correspondens meriti absolute provisum: ergo vel hoc est nova voluntas à priori distincta, vel quoniam illa voluntas ex liberalitate mutata fuit in aliam ex gratitudine. Sed utrumque falsum esse videtur; efficacem enim Dei voluntatem est prout immobilis, neque minimam subire potest innovationem. Frustranea quoque foret prior illa voluntas efficax ex quâ liberalitate, et misericordia (si procedat requireretur hoc altera), ut potest quæ nunquam illata esset effectum ex se, vel ex suo duntaxat motivo:

ergo sat est, quod ante provisionem absolutam mentionem Deo  
subiungatur voluntas quidem venia, licet inefficax erga finem.  
Deo responsionis huius impugnationem ad eo protulisti, tanquam  
varie propositis, quia fere nulli argumento nostro non adhibetur  
à contradicere, quantum ut plurimum aptius tenendo tempore, quam  
difficultatibus evolvendis.

### Sectio 5.<sup>a</sup>

Procedit assumptam antecedentis.

Quarta ratio sic inveni potest: efficax conditionata voluntas, aut  
promissio transire valet in absolutam ex arbitrio potentis adimple-  
re conditionem, dummodo nec instabilis, neque fallax sic promi-  
sio; atqui Deus constans, non dolens voluntate venia voluit  
et sincere promittit omnibus vitam eternam sub conditione  
perseverantia finalis: alioquin non verè vellet omnes homines  
salvos fieri, neque gratiam salutis consequenda sufficientem illi  
exigere, nec denique Christus mortuus esset pro omnibus, quo-  
quam falsa sint abundè constitit disp. 2.<sup>a</sup> per totam: ergo Deus  
omnibus, et singulis hominibus fecit potentatem, ut illa sua con-  
ditionata voluntas ex ipsorum arbitrio transeat in absolutam,  
scilicet cum absolutà coniungatur ob expletam, et purificatam  
conditionem, liberam scilicet finalem perseverantiam.

Conse-  
quentia rectè deducitur, et major in dubium vocari nequit,  
quid deceptor, aut nugarum esset qui quid rem aliquam offerret nol-  
lenti eam elargiri, vel qui promitteret sub conditione nullatenus  
impeffibili a promissario: quisque quidquam ex animo spondere, pol-  
licita verò non exequeretur, inconstantem profecto volubilemque  
se probaret: ergo liberum est omnibus et singulis hominibus effice-  
re, ut absolutà Dei voluntate post meritum provisionem, ac ex  
ipsi meriti eligantur ad gloriam et coronam, licet aliud sine  
meriti, et ante provisionem merita voluntate Dei conditionali vocat

si iam fuerint et electi ad vitam eternam obtinendam.

Quinta ratio gratiae. Reprobationis iniuncta multipliciter expendi solet: nunc autem omnia alij ita proponitur: iuxta receptissimam inter Theologos opinionem, ac etiam à plerisque contrarianorum admissam, Deus positive non reprobat ante gratia merita; sed si predestinaret ad gloriam ante merita gratia, non aliter positive reprobare posset: ergo predestinat in presenti providentia post absolute gratia merita. Minor enim negabili ita videtur: eo quod aliquis ex duobus extremis divinitive necessarii unum libere protegeret, alterum positive vult; atque vita et mors eterno sunt extrema divinitive necessaria: ergo Deus libere protexisset electionem exempli gratia ad gloriam, positive vult eum damnari. Consequenter legitime deducitur ex praemissis, quoniam prior certa, quin et evidens ~~apparet~~ ex terminis ipsi apparet; non enim aliter voluntas libere re-determinat ad amandum unum è duobus divinitive necessarii, quam alterum omittendo: neque potest aliter concipi libera determinationis voluntatis ad unum è duobus extremis ita considerati. Posterior quoque ratio certitudine gaudet; nam in presenti providentia statutum est à Deo, nullum pro adultis esse medium inter gloriam, et penam eternam.

Confirmatur, et arguetur decretorum istorum indolis explicatione. Ubi electio ad gloriam iuxta Thomam est inadquiritibilis, et inevitabilis, adeo ut nullatenus ex propria sua libertate reprobus aliquis illa careat, aut eam habeat Electus; merita quippe seu demerita conditionate tantum futura, nec obtineat, nec impedire valent electionem ad gloriam, ut potest gratuitam omnino volique Deo liberam. Proterea decretum excludendi medium inter vitam, et mortem eternam respectu rationis eventuum est prodivi inevitabile,

cum ab humana libertate, nullo modo dependeat: ea quinque ergo  
 contraxerunt appens requiritur, vidam, et omnes alios reprobos in-  
 corrigibiles habens descripto positivo suo reprobationis: ergo Ex hinc

85

in relictis Augustini verbis exprimitur, nec intentione predestinationem antecedere propria merita; non enim aliter de predestinatione loquitur, quam de Reprobatione; non equè de numerandis, ac de puniendis Deum in providentiâ suâ de iudicare dicit annexum peccatum effectione procedere Reprobationem, licet hoc illud antecedat occurrat.

150

Non ignoro hunc Augustini librum ab Erasmo Rotterdamano cum alijs inter notha Vancti Doctoris opera rexi; scio tamen quod plures longe doctiores ac in Augustini lectione veratissimi Theologi profatum opus culum probi, et legitimum annumerent. Et sane rationes Erasmi despicibiles, ac omnino fatuolæ sunt. Prima, quod nimis liber ille sit brevis; nam alij multo breviores habentur in tome. 2, qui nullam de sui legitimitate suspicionem alicui moverunt. Secunda, quod continet doctrinam Augustino manifestè contrariam; quid fallitur Erasmus, et aversissimus Luthero decipere tentat; quandoquidem ubi docet Augustinus predestinationem fieri sine meriti viciè loquitur de preparatione gratis, quæ simplicitè ab ipso predestinatio nuncupatur ut patet ex num. 28.; in præsentem vero volum agit de predestinatione promij, seu remunerationis, quæ communiter à Theologis appellatur electio ad gloriam.

151

Secundò notandum est, quod etiam ordinatio rerum naturalium in suos fines ab Augustino nominatur predestinatio non tamen absolutè, sed cum addito alligationis, ut contradistinguatùr ab electione ad gloriam, et deputatione ad penam, quæ cap. 2. libri super allegari vocat predestinationem conditionis. Unde tertio notandum est, à Vancto Doctore volam gratis preparationem simplicitè appellari predestinationem; electionem autem ad gloriam ab ipso nuncupari predestinationem remunerationis. Notandum et quarto, predestinationem aliquando summi complecti, quærenti

et gratia propagationem amplectitur, atque transmissionem in gloriam: quandoque tantum incompletè, sive pro propagatione gratia, sive pro electione ad gloriam. Hoc (quod non gratis inventa sunt, sed ex ipomet Augustino desumpta) si pro oculis habeantur, facili erit quorumcumque verborum ejus expositio; nec non aliorum Latini, qui simili varietate loquantur: et interdum etiam antecedentem Dei voluntatem salutis omnium hominum donant nomine predestinationis.

Inquunt sex-  
 to: iuxta Divum Thomam 1. part. quart. 23. art. 5. corp.  
 nullus fuit ita insana menti, qui diceret merita esse cau-  
 sam Divinam predestinationis ex parte actus predestinantis: er-  
 go merita nostra non antecedunt in provisione Dei predestina-  
 tionem ad gloriam et coronam. Ex eodem Venero Doctore,  
 tunc ibi, tunc art. 6. citato questionis, distinguo antecedens:  
 nullus fuit illi, qui diceret merita esse causam predestinatio-  
 nis accepto generi essentiali, et substantiali, concedo antecederens:  
 generi extrinsecam, et contingentem denominationem  
 ejus, nego antecedens cum consequentiâ. Quo multiplici re-  
 futatur instantiâ: primo siquidem instantia in decreto exe-  
 cutivo predestinationis, quo dignus efficitur homo per opera  
 meritoria. Secundo instantia in decreto reprobatio, tam in-  
 ventivo iuxta fluxus, quam executivo secundum omnes. Ins-  
 tantia tertio in Divinâ bonitate multa misericorditer elargi-  
 ente beneficia propter veterum orationes. Quarto instantia  
 in iudicium, quia Deo ob actuale peccatum transactum  
 iam, et proteritum, delinquentem privat habituali gratiâ.  
 Quinto tandem instantia, quoniam aliter Deus ex uno de-  
 creto suo libero moveri non posset ad aliud, eum omnino repug-  
 net essentiali Dei voluntatem contingenter, et liberè deter-  
 minare quod existentiâ sui substantiali.

Facere alia plura Doctoris Angelici testimonia speciosa nobis opponi posse; quo tamen ex super adductis instantiis, et factis antea notis equali speciositate volvantur. Imò Dicitur Thomas pro sententiâ nostrâ probabiliorâ à quibusdam allegatur. Et censet<sup>3a</sup> part. quest. 1<sup>a</sup>. art. 3<sup>o</sup>. ad 4<sup>um</sup>. expressè dicit, quod destinatio præsupponit præscientiam futurorum. Verum hinc non inferatur aut. Conteru iam citata sup. 2<sup>a</sup>. num. 2<sup>o</sup>. dependere quod destinationem à provisione meritorum, et non præscientiam esse; nam Dicitur Thomas ibi loquitur de quodestinatione Christi, quam docet supponere præscientiam futurorum. Et inanem esse Conteru responsionem aperitè constat ex ipso Sancto Doctore, qui verbi allati, illud, subiungit: et idèo videt Deus quoddestinat valorem alicujus hominis per orationes eliorum implendam, ita etiam quoddestinavit opus. In carnationis in remedium humani peccati. Non autem ob hoc affirmabo Dicitur Thomam adèò clarè docere nostram opinionem, et de eju mente dubitare, ut in mediâ veluti luce cecutire, ut aquè leviter atque gloriante inquit ibi Conteru numero procedente sanctum Thomam pro suâ sententiâ producenti.

### Sectio 8<sup>a</sup>

Reliqua contrariorum argumenta volvantur.

Arguunt rectimò ratione, quam appellant fundamentalem: qui vult ordinare, prius vult finem, quam velit mediâ finem assequendi; sed Deus ordinatissime vult: quia ergo vult gloriam, quo finis est, quam opera nostra meritoria, quo sunt mediâ consequendi gloriam. Major (inquirunt) lumine naturali nota videtur, præterea que traditur à Philosopho 3<sup>o</sup>. Ethicorum cap. 8. De minori dubium esse nequit. Consequentiâ tandem et optima: ergo dicitur. Respondet primo distinguendo majorem: qui vult ordinare, quis vult finem aliquomodo, nimirum efficaciter, vel ineffaciter, concedo majorem;

efficaciter prociē, nego majorem: et concedā minori, nego consequentiam. Deus enim vult se probū elargiri mediā pro valuti adceptione sufficientissima, et quidem ex intentione salutem ipsam operam illi erogandi, non tamen simpliciter efficaci, sed inefficaci tantum, etō senia, et vincenissima.

Cate

135

nam hāc reponi poterit verum illud à Theologi Phylosophique acceptissimum axioma, propter quod unusquodque tale est, et illud magis: ex quo clare deducitur, quod si Deus propter gloriam vult gratiam, vult magis gloriam; sed efficaciter vult gratiam: ergo prius et à fortiori vult efficaciter gloriam. At tamen facile responderet nullius in presenti nobis esse; quā Deus non vult unum propter aliud, sed unice vult unum propter aliud, et obiter ex Divo Thomā dictum est unum. 4.  
Non ergo sequitur ex deageo, Deum ante provia merita magis optare gloriam hominibus, quā gratiam, sed ut magis prosequatur, et primarium eis desiderare vitam eternam, quā gratiam in hāc vita: et reliquā vult uti quā magis, et melius homines esse beatos, ipsāque beatitudine vacent, quā illos in hoc mundo vacere vivere.

Quia tamen evenit inter homi-

136

nes, ut qui proponit alteri promissum per merita consequendum, prius velit illud adicipi promissum, quā impertiri mediā, quā id obtineat: et finem eo modo proponens recte dicitur velle unum propter aliud, et non solum velle unum propter aliud; ideo responderi poterit, negando quod ex memorata parantia requiritur cum, qui vult alteri finem, et propter finem prosequi mediā, velle finem efficaciter, eo quod velit efficaciter prosequi mediā: quia cum ipse mediā dare tentat, utique debet efficaciter illa velle: aliunde vero cum ipse non tentat se sibi finem assequi, sed illum proponat al-

(320)

tenū consequendum, propterea non requiritur, ut quis velit efficaciter dare finem, sed sat est, ut velit intentionē eum velis, vel tanquam quod prosequatur, et primarium. Hoc inter homines accidit: ergo sufficit ut Deus finem illum veluti quod prosequatur optet, cum intentionē illum desiderare nequeat.

157

Secundo iam ad argumentū respondeo, concedendo volentem ordinatē quā etiam efficaciter velle finem aliquem, quā velit media; non tamen omnem finem, cuius ad eptionē media conueniunt. Deus ergo media pro salute consequenda probet ex intentione efficaci, primo constituendi hominem proximē potens operari salutariter, adeoque gloriē liberum ad vitam eternam sibi procurandam: secundo manifestandi beneficentiam, liberalitatem, aliasque perfectiones in quarū ostensione gloriam suam auerit: et finem hunc universā Deus intendit efficaciter, et semper obtinet in omnibus sui operibus, ut probatur et *dup. l. sect. 5.* Hinc ad argumentum in forma, sic aliter distinguo maiorem: qui vult ordinatē quā vult finem aliquem, vel etiam aliquos, quā velit media, concedo maiorem: quā vult fines omnes, ad quos media referri valent, nego maiorem, et ad minora minori, nego consequentiam.

158

Quasi aliter ex dictis num. 156. Distinguo maiorem argumenti: qui vult ordinatē quā vult finem a se consequendum, concedo maiorem; obtinendum ab alio, subdividuo: vel affectu simplici, vel efficaci, concedo maiorem: necessario efficaci, nego maiorem &c. Primum ergo, quā proponitur alteri consequendum, propter non tam est proponendum, quā illi cui proponitur; qui namque finem ita proponit, non assequitur finem, sed alteri relinquit, ut eum promeretur et obtineat. Quare sufficit ut alteri desiderari finem affectu simplici

simpliciter, veluti affectu efficaci media prostrare, quibus propo-  
situm illi finem adquire valeat. Qui vero vobis finem obti-  
nendum profigit utique prius debet efficaciter velle finem  
attingi, quam applicare media; quia finis et media sua po-  
testati, et voluntati subdunt, vobis que committuntur execu-  
tioni mandanda. Cum itaque Deus proponat hominibus &  
vitam aeternam, ut premium bonorum operum ab ipsi elicien-  
dorum liberet, non decernit ex se dare merita, quae sunt me-  
dia gloriae obtinendi, sed vult illi affectu simplici beati-  
tudinem, efficaci voluntate vult eis conferre media gratis,  
quae vitam aeternam promerentur, et consequantur. Non  
obest quod tantum efficaciter velle aliquibus prostrare media  
sufficiens, alii autem efficaciter utique ad finem vitae: quia  
non inde probatur in Deo voluntas efficaciter dari nonnulli  
gloriam ante proposita merita, cum ex eodem affectu simplici  
possit uni probere media efficacia, et alteri sufficientia dero-  
gare: finis enim propositus, est eorum, quibus proponitur, po-  
tius quam illum proponenti.

Argumentum octavo: si praedestinatio  
non antecedit absolute proposita merita nulla speciali benefi-  
centia Dei verificatur erga praedestinato pro Regibus, cum isti  
equaliter ac illi auxilia gratis conferat, quibus merita vale-  
ant elucere. Unde sequitur, discretionem Electorum à Regi-  
bus haberi, non ex peculiari beneficio Dei, sed ex bonis ipsorum  
operibus, meliori que libertati sui: quod manifestè demonstrat,  
et potè contrarium Veritate Veraxo, quin et abroxiere à com-  
muni sensu Fidelium, qui rectè censent electionem ad vitam  
aeternam prosequi materiam esse gratiam actionis, adeoque do-  
num omnino gratis erogatum à Deo. Quapropter, et hoc et  
similia vitentia absurda, praedestinato absolute proposita merita pro-  
cedere admitti debet: ergo H.

Respondeo primo, ponderatum inconuenienti a maioris gloriæ nullum existimari, dicentibus ante proposita merita requirantur Deo maiorem aliquem affectum, aut desiderium beatitudinis erga prædestinatos, quam erga reprobos. Quandoquidem ex parte Dei talis inæqualitas esse nequit, cum actus Diuini in se, sit ipsa Dei essentia, consequenterque non possit esse maior et minor. Alio uero nec ex parte rei uolito profata requirere ualeat inæqualitas, cum ante meritum provisionem omnibus eandem optet gloriam, et quantum et in se singulis absque merita, dummodo non illam exspectent, minuant, aut irritent sui meriti. Sicut enim Deus non deceat efficaciter dare gloriam ante merita, quia daturum est illam ex meriti, ita neque magis unum desiderat tantam, et talem gloriam, quam alteri, nisi ex tanti, et talibus meriti eius.

Nihilominus respondeo secundo, concedendo Deum exerceere ~~benignitatem~~ maiorem beneficentiam erga prædestinatos, eoque magis diligere, quam reprobos; non tamen quia uult antecederet illos ad maiorem ordinare gloriam, sed quia post merita uult efficaciter gloriam eis impertire: et propterea quia uult prædestinati maiorem largiri gratiam, scilicet efficacem eque ad finem uite, cuiusmodi certe gratia bonum est magis, et uirumabilius. Unde quamuis ante proposita merita non magis optet uni, quam alteri uitam eternam, inde non infertur, quod esse beneficentiam eius, et amorem erga reprobos, atque prædestinatos; quod namque Dei uoluntas ad gloriam relata tanquam ad bonum uoluntum, sit communis et equalis ante merita, non efficit, nisi relata ad gratiam sit inæqualis et maior erga prædestinatos, quam erga reprobos; nam ut inquit Augustinus noster III. citatu, etiam uis multos uocet, eorum tamen miseretur, quos ita uocat, quomodo ei uocari aptum est, et sequantur.

in circumstantiis, in quibus effectum habitura praesiderunt, auget conceptum gratiae, misericordiae, doni, et beneficii; quia cum hoc omnia dicantur cum respectu ad subjectum cui conferuntur, et igitur maior gratia, et misericordia, maior donus, et beneficium erit, quod commodius, et utilius est illi cui datur. Quare Divus Augustinus ubi super allegatus adjungit, nullius Deus frustra miseretur: cuius autem miseretur, sic eum vocat, quomodo se ei congruat, et vocantem non respiciat. Et hinc est conceptus gratiae, misericordiae, doni, et beneficii dicat quoque respectum ad animam donantis, etiam ex hoc respectu crescit in praedictis rationibus collatio gratiae congruae praedestinanti; fit enim à Deo perfectionem cognoscente congruentiam ejus ad miseriam subleuandam, et utilitatem illi adferendam, est quoque substantiam, aut emittitatem sumpta non excedat, imò longè sit inferior alicui gratia, qui congruus non sunt.

Ex his manifestum est, importunè nobis obsecrari, quod ex opinione nostra sequatur non à Deo, sed à bono liberarum enim fieri discretionem inter praedestinos, et reprobos; quia discretio de qua Divus Paulus 2<sup>a</sup>. ad Corinthios cap. 4<sup>o</sup>. Qui enim se dicunt? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Et Divina vocatione desumitur, ut enim ait Augustinus adducto num. 111., at enim quia non praecedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bonam voluntatem, propterea vocanti Deo recte tribuitur, quod bene volumus, nobis tribui non potest quod vocamus. Tibi autem quae dicta sunt, ac etiam ex Augustino desumpta num. 113.: qui demum nostram hanc doctrinam expressè tradidit inquitenti lib. 2<sup>o</sup>. contra duas Epistolae Pelagianorum cap. 7. ille dicens, qui unde dicens nari impetrat, ponam debito merito, indebitam gratiam largiendo.

Agostolus igitur in textu memorato discretionem improbat à soli naturæ viribus ortans; secus vero discretionem, quæ nascetur à viribus gratiæ, nec ibi vetat universim homines de bonis operibus gloriari; sed unice reprehendit vanam ostentationem, et arrogantiam, quæ nimis ea sibi tribuunt, quasi propria virtute tantum, et non adiutorio Dei facta. Sic Augustinus locum istum interpretatur Epist. Iob. ubi repetens objecta Pauli verba statim addit:

„ hoc utique coram Deo, non ut homo non gloriatur: sed ut qui gloriatur in Domino gloriatur, non ex operibus, nè forte qui exaltatur. Non quia bona opera ista quæ cogitatione frustrantur, cum Deus reddat unicuique secundum opera ejus, ut que gloria, et honor, et pax omni operanti bonum: sed quia opera ex gratiâ, non ex operibus gratiæ. Quatenus videlicet opera meritoria procedunt à gratiâ naturalem arbitrij vim adiuvante, nullatenus autem per naturam voluntati activitatem potest obtineri gratiæ.

Denique ut omnino pateat avertam à Paulo discretionem aliorum ab aliji, opinioni nostræ magis consonam, et conformem esse, quæ oppositæ, nullius auctoritate Augustinus lib. Octoginta tunc quæstionum quæst. 68. ubi loquens de invitati ad conam, que secundum Exp.

„ vitæ omnes erat figura gloriæ, sic ait, ad illam enim conam, que Dominus dicit in Evangelio (Luca 14.) propagatam, nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt: neque illi qui venerunt, venire possent, nisi vocarentur. Itaque nec illi debent sibi tribuere, quæ merentur: quia vocati venerunt: nec illi qui noluerunt venire debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam ut venissent, vocati erant in libera voluntate. Atqui iuxta sententiam contrariam, qui vocati non venerunt alteri, non sibi tribuere possent, quod non venissent vocati; id enim possent imputare Deo, qui non prælegit eis: ergo.

Sic obiter adverteendum, utentium ex dictis præcipuum

esse, multo differre providentiam erga prædestinatos a provi-  
 dentia circa Reprobos. Illa quippe non solum est efficax quoad  
 finem generalem, sed præterea quoad finem particularem gra-  
 tis finalis, ac scilicet beatitudinis: atque adeo prædestinatio non  
 unice determinatur à providentia circa Reprobos ex provi-  
 dentia Dei, sed etiam ex efficacia gratiæ, quam in actu secundo  
 largitur prædestinatis, et non Reprobis. Differt insuper ex mul-  
 ticiplici dono, quod illis pro utriusque præbet. Neque beneficentia  
 Divina specialis esse debuit erga prædestinatos, eo quod pro-  
 videntem Deum efficaciam gratiæ, non tamen, nempe quia novit effi-  
 cacem fore illam exoptet; ut enim cognitio objecti, et circumsta-  
 tiarum ejus det speciem actui voluntatis, minime requiritur,  
 quod objectum formaliter, et reduplicativè tangatur et representetur  
 per talem cognitionem. Liqueat hoc evidenter in cognitione dete-  
 rente malitiam, aut prohibitionem alicujus objecti; nam ut ac-  
 tus evadat moraliter inhonestus, non oportet velle objectum illud  
 quia primum, vel quia vetitum; sed satis est, ut simpliciter  
 affectivè tendat voluntas in objectum cujus malitia, vel prohi-  
 bitio cognoscitur. Deus ergo specialem cum prædestinatis bene-  
 ficentiam exerceat impetrationi illis auxiliata, quæ novit efficaciam fore,  
 tamen non idcirco, vel quia futuram efficaciam præcivit, illa  
 conferat.

Et ergo (quod præterea determinatè spectat) beneficium in  
 esse tali augeatur, necesse non est ut condigne, vel ex omni capite  
 crescat. Latet exemplo vulgari: donans alteri unum lapidum, eum,  
 quem ignorat valorem ejus, parvi pendebat, eum sic erga donatarium  
 afficeretur: Do tibi gemmam hanc, ut inopio tuo sublevando totum  
ejus pretium impendas, profecto non tam liberalis ac beneficus erit  
 recipienti lapidem, ac si totum hujus valorem pro novisset, eo que  
 cognitio venientem haberet affectum, videlicet, Do tibi gemmam hanc,  
ut inopio tuo sublevando totum ejus pretium impendas. Ratio

et manifesta, quia totum gemino valor glorie notu, et perspectu, impedire, vel valtem retardare posset a donatione faciendâ: proinde que major aliqua difficultas vegeratur, quando totum ejus pretium agnoscitur, quam dum ignoratur: ergo majus beneficium elargitur donatario, qui totum doni valorem exploratum habens, d' exorat, quam is, qui donat incompleto doni pretio, quando, ut supponimus, dem reipsa sit, quod impartitur in utroque casu.

148

Hinc innoscit, quâ ratione Deus liberalior ne, magis que beneficium exhibeat p'cedenti, quam reprobis, licet enitativè paria, vel etiam quandoque majora conferat istis auxilia, quam illis; quia perfectione cognoscens efficaciam auxilij retardari posset a concessione illius, ut pote proximi in debiti: et citrà injuriam alicujus poterit elargiri gratiam sufficientem: ergo beneficentia Dei grandescit eo processè, quod scientia congruitatis auxilij nec impedit, neque retardet ipsam ab ejus collatione, quanquam aliunde non illud propter formalitèr ut efficax, vel quia efficax formalitèr. Majoritas itaque beneficij non semper est mensuranda ex intrinseco valore doni tantè; sed aliquando cum extrinsecis circumstantijs, que magnopere adaugent stabilitatem ejus: inceduntque crecit à voto donantis affectu, qui tamen dum à quibusdam assignatur, ut unica beneficij mensura considerandus est non solum intrinsecè, sed etiam extrinsecè, vel iuxta circumstantias, quas inter eminent cognitio, tum valoris, tum utilitatis in dono conferendo.

149

Undè concluditur, et observandum est accurate, quod licet ad conceptum beneficij proprie sumpti requiratur ex parte beneficientis actus benevola; non tamen Deo necessaria est actus magis benevola ut beneficium sit magis: ad hoc enim omnino sufficit, vel augmentum doni eodem per reverentem affectu, vel incrementum libertatis etiam aliquatenus

imminuto dono. Quomodo tamēsi meritum sit  
actio libera tendens in objectum honestum; attamen ut meritum  
fiat majus non exigit objectum honestius determinatē: sed vel  
honestū objectum, quod eadem prorsus invariata libertate re-  
cipiat: vel majorem libertatem, quā proequatur illud ipsum  
objectum, aut aliud equali honestati. Augetur ergo beneficij  
quoties libertas in beneficiente exsistit, et intus se non minu-  
itur donum: vel quoties hoc amplificatur, et equali in benefice-  
tione sentiat affectus. His proocurato manent alio fluxus ad-  
versariorum objectiones, ac etiam replicæ contra gratitiam in ar-  
gumento solutiones.

Arguunt nono: Deum absolute volens con-  
ferre gratiam, quam scientiā conditionatā providit futuram  
esse congruam ad iustificationem, per eversionem finalem,  
et vitam eternam obtinendum, vult efficaciter ipsam vitam eter-  
nam; sed hoc Divina voluntas antecedit absolute pro via merita:  
ergo Deus vult efficaciter dare gloriam ante meritum  
provisionem absolutam. Consequentia est recta, et minor in-  
dubitata; nam in signo scientiā conditionato meritorij, hoc  
absolute futura non sunt, sed conditionatē tantum. Nam verò  
major ita videtur: Deus vult impertiri gratiam, qualem  
esse providit; at qui providit illam, vult dare, fore efficacem:  
ut efficacem ergo vult eam erogare. Confirmari potest; quia  
voluntas Dei non est minus comprehensiva, quam sit ejus in-  
tellectus; sed intellectus Divinus cognoscit gratiam illam futu-  
ram esse congruam quoad eversionem vite eterne: ergo Di-  
vina voluntas ad hanc etiam extenditur.

150

Patet, hoc argumen-  
tum pro ceteris urgens, et ingeniorum esse. Sed respondeo negan-  
do majorem: in cuius probatione concessi promissi nego consequen-  
tiam: vel distinguo consequens; vult elargiri gratiam ut efficacem,

151

to ut dicente rationem cognitam, et concomitantem proximè  
 volitam per modum objecti materiali, transeat consequens:  
 to ut reduplicante rationem efficaciter provolitam, subditi-  
 quo, efficaciam relata volum ad finem proximum omitto conse-  
 quenti: relata etiam ad finem remotum, nego consequentiam.  
 Ad confirmationem concessi quoque promissi, distinguo consequens,  
 Divina voluntas extenditur ad ultimam extremam affectu simplici,  
 concedo consequentiam: affectu simpliciter efficaci, nego con-  
 sequentiam.

152

Utrum in signo venientis conditionata collatio gloriæ  
 tanquam corona non sit efficaciter volibilis à Deo; quia nimis  
 rari in illo signo nequit habere rationem promissæ, cum in eo  
 merita non intelligantur absolute, meriti que pure conditio-  
 natis nullum omnino respondeat promissionem: alioqui promi-  
 andus esset Iudas ut supra monstravimus. Deus ergo volens im-  
 pentini gratiam, quam conditionate providit efficacem esse futuram,  
 vult efficaciter absolute collationem ipsius gratis congruam.  
 Quod si prædefinitiones admittantur, tunc etiam vult effica-  
 citer absolute consensum salutarem, qui est finis proximus, ex  
 efficaci siquidem illius intentione gratiam congruam elargi-  
 tur in hac sententiâ; minime vero vult efficaciter absolute,  
 neque tunc ita velle potest finem remotum, qui est gloria. De-  
 ximum si prædefinitiones abigantur, Deus in signo venientis con-  
 ditionate volum vult formaliter efficaciter collationem gratis,  
 quam pronoscit congruam, et consensum salutarem proximè  
 tanquam rationem cognitam, simulque volitam ut objectum materiale;  
 nec aliter vult gloriam in eo signo, quam affectu simplici, tamen  
 venio secundum antea dicta.

153

Quapropter eto Dei voluntas equi-  
 comprehensiva sit, ac est ejus intellectus: non inde sequitur, quod  
 quod quid hic attingit, etiam illa complectatur: voluntas enim

et libera; recis autem intellectus: illa in re volubilia prosequitur unum alio rejecto: ite necessario percipit, et cognoscit omnescibile: ergo quod perfectio Divina voluntatis adsequit perfectionem intellectus Divini, non vincit inventum confirmatum. Unde pro ut iam indicatum est, gloria ut corona non est in illo signo efficaciter absolute volubilis, quia nullatenus in eo valet inducere conceptum gratiæ, consequenterque nec rationem coronæ; sed existens est quod nequeat esse volubilis sub ratione cui nequeat, rei quo repugnat ipsi: ergo nequaquam est efficaciter absolute volubilis in signo memorato in quo proinde Divina voluntas illam efficaciter et absolute velle non potest.

At fixam inquit: Deu absolute decipiens erogare gratiam, quam scientia conditionata providit efficacem, vult absolute conferre gratiam, ad quam infallibiliter gloria recurretur: ergo efficaciter absolute velle gratiam ejusmodi, est efficaciter absolute velle gloriam ut coronam. Nego consequentiam; quia gloria ut corona non est efficaciter absolute volubilis in illo signo. Protened quomodo efficaciter absolute velle aliquid ex quo requiritur aliud infallibiliter absque novo libertatis exercitio, ut velle illud aliud; recis autem dum id quod infallibiliter ex aliquo requiritur, a novo, et presentem aliena libertatis exercitio perdet. Sic Deu efficaciter absolute vult propagationem generis humani, quin efficaciter absolute velit originale peccatum, in quo quilibet homo concipiens du est infallibiliter.

154

Arguunt decimo: nemo salvatur sine dono perseverantis finalis; atqui donum hoc ex sola gratia non emanabit: ergo &c. Respondeo primo pro gloria consequenda non omnino necessariam esse longam in gratia perseverantiam, cum statim ac homo justificatur, eroni goret,

155

(336)

perferat quod donari beatitudine. Respondet secundo, iuxta  
 communem, et fundamentivam Theologorum opinionem,  
 quod etiam donum perseverantia finalis non cadat sub merito  
 de condigno, potest autem cadere sub merito de congruo, nec  
 non sanctorum orationibus, impetrari nobis, et alijs. Respon-  
 det tertio, donum perseverantia non adeo gratuitum esse, ut  
 neminem a libera cooperatione nostra dependeat; qui  
 namque perseverat, potest non perseverare, quique non per-  
 severat, perseverare valet.

156

Constat etiam ex Fuldeno  
 sententia d. cap. 15. Quot omnia vexam habere perseveran-  
 di facultatem, quandoquidem ibi dicitur ex parte, Deum enim  
nisi ipsi illum gratia defuerint, vixit cogit opus bonum, ita  
perficit operari velle, et perficere. Non tamen hinc efficitur,  
 ne longe majus, ac estimabilius beneficium ipsi exoptent, qui  
 vel in gratia confirmantur, vel eripiuntur ab imminentior  
 nibus labendi periculis; vel seminum rubro transferuntur ad  
 gloriam, ne dicitur in vana degentes acceptam justitiam amittant,  
 secundum illud sapientis d. capituli est, ne malitia mutet  
intellectum ejus, aut ne fieri deiperet animam illius.  
 In specialibus huic casibus Divina bonitas, et misericordia spe-  
 cialissime resplendet.

157

Itaque undecimo: Deum adeo solui-  
 ce quorundam saluti prospicit, ut a teneris annis, vel ante  
 rationis eum, eis abundantem impendat celestia sua dona,  
 quin et toto vitio decursu servet illibatos ab omni culpa lethali  
 nonnullos etiam adultos transmissis inquinatos criminibus  
 vobis consolatur, quosque poenitentiam agant, et ne nun-  
 quam in delicta prolabantur ad Colam arripit. Illos e contra  
 qui longam in omnimoda pietatis operibus egere vitam, vel  
 qui inter presentissima cadendi discrimina, quo certo praesertim

minam illi allatura, neque iam delinquentes expectat, ut  
 reuocant, sed vel naturali rerum ordine utramque interiori, vel  
 ab alio perenni venit. Vain enim quod ita misericorditer se gerat  
 Deus erga peccatores, et in postea easm acerbè, tamque re-  
 uerè animaduvertat, ex parte hominum causa, vel ratio nul-  
 la potest assignari: quare tota illa diuersitas in Dei voluntate  
 est referenda, qui proinde dicendus est antecedenter efficaciter  
 aliquos ad gloriam eligere.

Respondeo, argumentum quod spectat  
 periculos, mox ante, vel illico post receptum baptismum deceden-  
 tes, importunum esse; quia solum in presenti loquimur de  
 quodammodo ad gloriam et coronam: et ratione nondum  
 uentes illa gaudent, et hereditate, vel personalibus aliorum  
 delictis ea priuantur, et abundè patet ex dictis disp. 2. sect.  
 5<sup>a</sup>. Deinde quod adulescens attinet, dico, vel argumento ni-  
 hil conueni, vel eo manifestè probari, Deum efficaciter abso-  
 lute reprobare quosdam homines ante prociua demerita; quia  
 in peccatissimi cuiusdam impetrata conuersio persuadet antece-  
 dentem eius electionem, et efficacem orans suo salutis inten-  
 tionem, ex qua Deus auxilia congrua parauit illi conuer-  
 tendo; similiter inopinatus finalis lapsus hominis ante sanctissi-  
 mi, arguet antecedentem absolutam eius reprobationem, et  
 efficacem orans suo peccationis intentionem, ex qua Deus au-  
 xilia reiecit incongrua, quia talia, quod profecto dunc uoueq;  
 nimis addit.


Minabili itaque diuersitas euentuum eorumdi  
 tota procedit ex inaequali uocatione, et gratiarum, quamuis  
 indifferentium collatione, vel ex obstinata duritie liberi ar-  
 bitrii, quod alacrimis aliquando uocationibus, gratijs que spari-  
 uim obicit. Unde dum ergo uiri pissimi sufficienti, sed exiguè  
 gratia donantur, ut fidelitas eorum intentione probetur, et


elucet: frequenterque illa tenari gratia videntur suggesti-  
ones, et pericula, quibus tam ipsi, quam alij quandoque no-  
bilitati gratia fieri succumbunt. Non nunquam etiam ho-  
mines improbi, quique crebro resistunt auxilij validissimi  
exili gratia ferocissimè cooperantur. Uno saepe contingit, ut  
eorumque flagitiosissimos gratia ornati stentis, et egregij virtui  
donis, ut videlicet in ipsorum conversione miranda, semper  
inexhausti Divina misericordia thesauri clarescant. Unde  
re jure considerata nihil ex predictis eventibus, quantumcum-  
que ponderari elicitur, quod antecedenti ad gloriam electioni  
faciat.

160

Quodem argunt: Christus Dominus omnino gratia,  
et non ex provisa meriti, predestinatus est filius Dei, sed Sal-  
vator noster non solum est cæcus, sed etiam exemplar pro-  
destinatorum omnium: ergo cuilibet predestinatio fit ante  
provisa merita. Respondet, quod predestinationem Christi Domi-  
ni ad unionem hypotheticam esse comparandam electioni  
nostre ad primam gratiam, et non electioni nostre ad gloriam:  
illa siquidem independens est à meritis, hæc autem ex meri-  
ti habetur. Deinde vicinè adversarij non ostendunt Chri-  
stum Dominum ante provisionem unionis hypotheticæ fuisse  
predestinatum ad gloriam Filij Dei, ita nec exhibent, neque  
facile poterunt adducere rationem aliquam, cur ex prede-  
stinatione Christi ad unionem hypotheticam, debeat nostra  
predestinatio ad gloriam absolute provisa merita nostra potest.  
Denique resorquet argumentum: Christi predestinatio ad fi-  
liationem Dei, nè dum in ordine intentionis, sed nè in execu-  
tivo merita præsupponit: ergo neque predestinatio nostra ad  
gloriam ulla merita præsupponit, etiam in ordine executionis.







Q  
L  
U  
De  
U  
ta  
U  
ti  
tr  
U  
tr  
ca  
D  
on  
Ve  
va  
nu  
vig  
Ve  
on  
Ve  
ta  
Ve  
tar  
ien  
rep  
lap

✠

# Index omnium Titulorum Tractatus huius

|                                                                                                                                                          |                                                                                                                                  |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Dissertatio 1 <sup>a</sup> . De Divina Providentia.                                                                                                      | Sectio 5 <sup>a</sup> . An aucta Dei voluntas ad salutem quoque Parvulorum venio et sincerè terminetur? -- pag -- 3.             |
| Sectio 1 <sup>a</sup> . An et quid sit Divina Providentia? -- pag -- 3.                                                                                  | Sectio 6 <sup>a</sup> . Voluntas argumenta contraria -- pag -- 52.                                                               |
| Sectio 2 <sup>a</sup> . Voluntas argumenta contraria -- pag -- 7.                                                                                        | Sectio 7 <sup>a</sup> . Prosequitur assumptum precedentis -- pag -- 53.                                                          |
| Sectio 3 <sup>a</sup> . Alia circa Providentiam in communi declarantur -- pag -- 11.                                                                     | Dissertatio 2 <sup>a</sup>                                                                                                       |
| Sectio 4 <sup>a</sup> . Absentis decisione questionis inchoata Providentia deo cuius concluditur -- pag -- 16.                                           | De axiomatico Theologico, scienti quod est in se Deus non denegat gratiam -- pag -- 65.                                          |
| Dissertatio 2 <sup>a</sup>                                                                                                                               | Sectio 1 <sup>a</sup> . Aliqua promittuntur ad veram intelligentiam Edicij necessaria -- pag -- 66.                              |
| De voluntate Dei erga salutem omnium -- pag -- 22.                                                                                                       | Sectio 2 <sup>a</sup> . Prosequitur assumptum antecedentis -- pag -- 72.                                                         |
| Sectio 1 <sup>a</sup> . An voluntas Dei de salute omnium etiam reproborum sit beneplaciti, vel tantum rigori? -- pag -- 23.                              | Sectio 3 <sup>a</sup> . Prima Propositio accepta proponitur, et refutatur -- pag -- 77.                                          |
| Sectio 2 <sup>a</sup> . Refutantur volitiones ad veritatem -- pag -- 29.                                                                                 | Sectio 4 <sup>a</sup> . Altera Propositio intractatio refellitur -- pag -- 84.                                                   |
| Sectio 3 <sup>a</sup> . Voluntas argumenta contraria -- pag -- 35.                                                                                       | Sectio 5 <sup>a</sup> . Voluntas argumenta contraria -- pag -- 92.                                                               |
| Sectio 4 <sup>a</sup> . An hoc Dei voluntas extendatur etiam ad sufficientiam, et venio providentia reparacioni generis humani potestatem? -- pag -- 40. | Dissertatio 3 <sup>a</sup>                                                                                                       |
|                                                                                                                                                          | De alijs Axiomatici acceptacionibus -- Sectio 1 <sup>a</sup> . Tertia Propositio explicatio refertur, et refutatur -- pag -- 92. |

|                                                                                                                          |                                                                                                                                                                     |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| putatur --- pag --- 105.                                                                                                 | Contraaria --- pag --- 103.                                                                                                                                         |
| Sectio 2 <sup>a</sup> . Quarta Axiomati expo-<br>sitio proponitur --- pag --- 115.                                       | Disputatio 6 <sup>a</sup><br>De Divini actibus in negotio<br>Predestinationis interessen-<br>tibus.                                                                 |
| Sectio 3 <sup>a</sup> . Quinta Prologij ac-<br>ceptio proponitur --- pag --- 116.                                        | Sectio 1 <sup>a</sup> . Aliqua pronotatio<br>ad sequentes difficultates<br>aperiendas omnino necessa-<br>ria --- pag --- 128.                                       |
| Sectio 4 <sup>a</sup> . Contra super axioma-<br>te sententia proponitur, et sus-<br>adetur --- pag --- 123.              | Sectio 2 <sup>a</sup> . An visus actibus ne-<br>cessario distingatur ab electio-<br>ne inordinum? --- pag --- 105.                                                  |
| Sectio 5 <sup>a</sup> . Voluntaria argumen-<br>ta contraria --- pag --- 130.                                             | Sectio 3 <sup>a</sup> . An ad predestina-<br>tionem requiratur imperium<br>intellectuale? --- pag --- 122.                                                          |
| Sectio 6 <sup>a</sup> . Alia Contrariorum<br>argumenta voluntaria pag 131                                                | Sectio 4 <sup>a</sup> . Desequitur materia<br>precedenti --- pag --- 121.                                                                                           |
| Disputatio 5 <sup>a</sup> .                                                                                              | Sectio 5 <sup>a</sup> . Materia precedentium<br>duarum ventionum abso-<br>luta --- pag --- 225                                                                      |
| De indole existentia, et neces-<br>sitate predestinationis ad valde<br>strenuam consequendum ---                         | Disputatio 7 <sup>a</sup><br>De necessitate scientie condi-<br>onato contingentium effectuum<br>ad Predestinationem: in quibus<br>que Divini actibus ita consistit. |
| Sectio 1 <sup>a</sup> . Explicatur quid sit Pre-<br>destinatio quoadque subjectum<br>eius --- pag --- 153.               | Sectio 1 <sup>a</sup> . Utrum scientia con-<br>ditionata generatim, et abso-<br>lute necessaria sit ad Predestina-<br>tionem? --- pag --- 232.                      |
| Sectio 2 <sup>a</sup> . Ostenditur quinam<br>sit terminus ad quem Pre-<br>destinationis --- pag --- 158.                 | Sectio 2 <sup>a</sup> . Utrum scientia<br>conditionata requiratur ad                                                                                                |
| Sectio 3 <sup>a</sup> . An et quatenus Predes-<br>tinatio <del>est</del> comparatur<br>cum Providentia? --- pag --- 166. |                                                                                                                                                                     |
| Sectio 4 <sup>a</sup> . Voluntaria argumen-<br>ta contraria --- pag --- 163.                                             |                                                                                                                                                                     |
| Sectio 5 <sup>a</sup> . An predestinatio neces-<br>saria sit ad vitam strenuam con-<br>sequendam? --- pag --- 182        |                                                                                                                                                                     |
| Sectio 6 <sup>a</sup> . Voluntaria argumenta                                                                             |                                                                                                                                                                     |

3.  
Prodestinationem antecedentem absolute provisa merita?  
pag. --- 236.

Utrum dicta prosci-  
entia necessaria sit ad Prodesti-  
nationem, ut secundum alias  
opiniones adiectam, et expli-  
catam? --- pag. --- 233.

Utrum Prodestina-  
tio sit actus intellectus, an volu-  
tatis Dei, vel utriusque? pag. 248

Disputatio 8<sup>a</sup>

De subsecutione vel antecedenti  
Prodestinationis ad meritum  
provisionem absolute pag. 252.

Utrum 1<sup>a</sup>. Explicato sensu ques-  
tionis variis super ea referuntur  
Authorum sententia. pag. --- 253

Utrum 2<sup>a</sup>. Ex Vacua Verignu-  
ra probatur efficacem electionis  
ad gloriam esse pot. absolute pro-  
visa merita. --- pag. --- 260.

Utrum 3<sup>a</sup>. Eadem auctoris uer-  
sura ex variis Latibus  
--- --- pag. --- 268.



Utrum 4<sup>a</sup>. Probatur à ratione  
conclusio nostra. --- pag. --- 277.

Utrum 5<sup>a</sup>. Procedit assumptis  
antecedenti. --- pag. --- 280.

Utrum 6<sup>a</sup>. Voluntaria argu-  
menta contraria. --- pag. --- 286

Utrum 7<sup>a</sup>. Alia Contraxionum  
argumenta voluntaria. pag. 311.

Utrum 8<sup>a</sup>. Reliqua con-  
traxionum argumenta volu-  
ntaria. --- pag. --- 318.



1848

THE

PROCEEDINGS

OF THE

GENERAL ASSEMBLY

OF THE STATE OF

MISSISSIPPI

IN

THE

YEAR

1848

BY

JOHN W. BARNES,

CLERK OF THE ASSEMBLY.

MEMPHIS:

W. W. BARNES,

PRINTER,

1848.

